

OF·GEMS·&c GEM·CUTTING
GEMSTONES·OF·NORTH·AMERICA·PROSPECTING·FOR·GEM
STONES·AND MINERALS
MINERALOGY·EMERALD·AND·OTHER·BERYLS·CATALOG
EX LIBRIS
JOHN SINKANKAS

JSL
RT6015003

Domus Professæ Soc. Iesu Antverp.

IOANNIS MACARII
CANONICI ARIENSIS

ABRAXAS,
SEV
APISTOPISTVS;
QVÆ EST ANTIQVARIA
DE GEMMIS BASILIDIANIS
DISQVISITIO.

ACCEDIT
ABRAXAS PROTEVS,
SEV MVLTIFORMIS GEMMÆ BASILIDIANÆ
PORTENTOSA VARIETAS;

Exhibita, & Commentario illuſtrata à IOANNE CHIFLETIO, Canonico Tornacenſi, PHILIPPO IV. Regi Catholico, & Sereniſſimo Principi IOANNI AVSTRIACO à Sacris Oratorij.



ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA
BALTHASARIS MORETI.
M. DC. LVII.

SERENISSIMO PRINCIPI

IOANNI AVSTRIACO,

BELGARVM SEQVANORVMQVE

PROREGI,

FORTI, PIO, FELICI.

ARMATA in ſeipſam Europâ, ipſo ſecum diſcordante mundo, Solem inter vmbras indagare tentaui, SERENISSIME PRINCEPS. Iuuit auſpicio Tuæ Felicitatis, & vno Macario præeunte, ſubire ſpecum Mithræ, atque illinc educere Simulacra portentoſa, quæ pro Sole primi hæretici extulerunt. Non miſerius quidquam hiſce homi-

nibus, aut ſuperbius; qui dum effigiem Dei formámque quærunt, curiosâ cæleſtium aſſectatione, ſideri ſummo innumera animalium probra, rerúmque cunctarum impreſsiones, veluti maculas, indiderunt. Hoc aliquid ſereni habuit nubilus ac triſtis conatus, hoc boni tetris imaginibus deforme opus, vt lucem appeteret: neque hæc vſpiam maior, quàm apud Te. Aduentu ſiquidem Tuo nubila ſerenaſti, cæli Belgici triſtitiam diſcuſsiſti, quam nouennali recedente Sidere mœſti patiebamur, niſi tenebreſcenti Reipublicæ lucem alteram fœneraſſes, præclarus, eximius, omnia intuens, omnia etiam exaudiens; quo in vno, principi litterarum Homero Solem placuiſſe ferunt. Hiſpanici Imperij

rij populis affulges per interualla, apud eos ſemper maior & clarior, quibus poſtremùm illuxiſti. Pacatâ Siciliâ, quam teneris adhuc annis viri prudentiâ rexiſti; Neapoli reſtitutâ; Populoniâ & Portu-Longonio expugnatis; Gothalaniâ receptâ, quot annos, tot triumphos numeraſti. Subacto mari Tyrrheno, Turcis Mauríſque nequidquam aduerſantibus, quæ Te, & fortunam tuam Triremis vexit, lauro redimita optatos ſubiit portus. Quocumque acceſsiſti, dum ad nos accurreres, æqualis ab omnibus ex aduentu Tuo lætitia percepta eſt. Fruſtrà Tuos celabas ignes: Te nuſquam incognitum, perinde ac Solem tenui nebulâ redimitum, nec videri cupientem, tantò auidiùs ſuſpexere. Sic Ge-

 nua,

nua, Mediolanum, Venetiæ etiam ipſæ Serenitatis Tuæ blandioribus radiis exhilaratæ. Sed ô nos felices, dum Te felicem prædicamus! Tuis humeris innixum Belgium, Tuâ iuuentâ, Tuo robore inualuit. Vix omnium votis expetitus adueneras, tamquam alter à PHILIPPO MAGNO, à Regum Maximo; cùm Tornacum noſtrum, priſcam illam Francorum Regiam, immiſſo opportunè præſidio, liberaſti. Valencenæ mox obſeſſæ; ſed vt frontem Tuam laurus cingeret, & exortum Tuum parta de hoſtibus victoria decoraret. Tanta virtus Tua, tantáque felicitas, vt per imperuios aggeres, viam Tibi tuíſque aperiens, in vrbem, ad quam tantoperè aſpirabant, Francos ipſe introduce-

duceres, ſed captiuos. Condatum citò receptum quantæ nobis, quantæ hoſtibus admirationi fuit! Breuiſſimo tempore, ingenti circummunitione perfectâ, tormentis bellicis vno atque altero exploſis in alatam molam, ſolâ, vt ita dicam, Tuâ præſentiâ decuſſiſti moles illas giganteas, quibus erigendis, anno integro, nullóque irritæ operæ metu, ærarium Franciæ effuſum. Tum verò, ſi vmquam aliàs, præſidium eluxit Virginis Matris, rebus Tuis perpetuò patrocinantis; cùm die xv. Auguſti, quo in cælos aſſumpta eſt, Te quoque videre voluit incruentâ victoriâ triumphantem, & quater mille quingentos obſeſſos Tecum paciſcentes, vt in deditionem acciperentur. Illis labore maciéque confectis,

fectis, & ad rem gerendam inutilibus, validiſſimi, qui ab acceptâ clade Valencenenſi ſupererant hoſtium, fanum ſancti Venantij aggreſſi, receptui canere coacti ſunt, non digni eos vincere, qui Tuis auſpicijs & meliore pro causâ certabant. Exin ad vicum Helenæ, nullis admodum firmatum aggeribus, ſed Gaſſionis fato illuſtrem, Te tuóſque aduentantes expectare non auſi, quò minùs grauatè aufugerent, ſuâ ipſi face proprias munitiones incenderunt. Sic aliam ex aliâ cælum Tibi lauream peperit, vt eſſes vbique:

Σοτήρ, Πολιορκήτης, Επιφανὴς.

Hoc anno, menſe Martio (à quo Romani tempora metiebantur, quemque Romulus genitori ſuo dicaue-

rat)

rat) cum Sole nouo Te Martius ardor corripuit, atque iſthac Tuâ alacritate milites incaluere: graui hoſte Hannones liberati: terram madentem eius ſanguine priùs videre, quàm Veris veſtitam primis coloribus: Giſlenopolis, Hannoniæ oppidum, arte & paluſtri ſitu munitiſſimum, in Tuam poteſtatem ceſſit. Ipsâ rei difficultate creuit victoriæ nomen, dum apertâ vi, nec longâ, ijs potitus es, quos ſolâ inediâ expugnari poſſe fama iactabat. Nunc meâ qualicumque operâ, Te quoque victorem agnoſcet hæreticus liuor:

Viperei referes ſpolium memorabile monſtri.

Iamque auguſtis Tuis pedibus iacet affuſa Baſilidianorum barbaries, ne-

que Tibi audet aſſurgere monſtrorum terrâ maríque domitori. Illi ſe mundi Principes appellabant; hos viciſti : barbaro feróque ritu cœnas Thyeſtæas frequentabant; feritatem ipſam debellaſti. Hæc monſtra quoque elide nouus Alcides. Nihil fortitudini Tuæ cum hiſce quantumuis pretioſis Amuletis, & famâ prodigâ fallentibus. Per imaginem Virginis Deiparæ, quam bello præfers cum lemmate, SVB TVVM PRÆSIDIVM, palàm facis, quibus auſpicijs hoſtem aggrediare, quo patrocinio vincas. Macte hoc Palladio SERENISSIME PRINCEPS; atque, vt facis, à ſtatione caſtrenſi ad quietem hibernam receptus, depone in gremium optimæ Matris lauros Tuas, illic in pacis oleam conuertendas,

** das,

das, vnde iam dudum hauris virtutum omnium harmoniam, & adeò compoſitam, adeò benignam formæ Maieſtatem, vt planè in ambiguo ſit, vtrùm Te magis noſtris mentibus, an obtutibus vultus inſinuet. Quo quidem efficis, inprimis dum Te alloquor, SERENISSIME PRINCEPS, & antequam ad inſtitutum opus aggredior, vt iam eos arguere libeat vanitatis, qui Gemmas aiunt prodeſſe Reges adituris, ſi in his aquilæ ſculpantur aut ſcarabæi. Patent accedentibus in Tui venerationem interiora Palatij, neque imputas copiam Tui: hæret lateri quiſquis acceſſit, finémque alloquiis pudor dumtaxat facit, & Tuæ reuerentia Serenitatis. Cuius virtuti ſummæ, Religioni maximæ PROTEVM hunc

ABRAXAM appendo; GEMMAS haſce BASILIDIANAS, velut ex ære trophæa conſtituo, litteris ac monumentis ſanctorum Patrum in omnem conſequentis temporis memoriam, Eccleſiæ Catholicæ laudem, hæreſeos ignominiam, duratura.

SERENISSIMÆ CELSITVDINI TVÆ

Bruxellæ Kalendis April. ipſo die Chriſti reſurgentis, Anno M.DC.LVII.

Deuotiſſimus Capellanus
Ioannes Chifletius.

IOANNIS MACARII
CANONICI ARIENSIS
ABRAXAS
SEV
APISTOPISTVS;
QVÆ EST ANTIQVARIA
DE GEMMIS BASILIDIANIS
DISQVISITIO.

DE IOANNE MACARIO, ET EIVS SCRIPTIS.

Valerius Andreas Deſſelius, in Bibliothecâ Belgicâ.
Antonius Sanderus, Canonicus & Pœnitentiarius Iprenſis, lib. II. de Scriptoribus Flandriæ.
Franciſcus Swertius, in Athenis Belgicis.

IOANNES MACARIVS, *vulgò* L'HEVREVX, *Greuèninganus, Flander, Aërienſis apud Arteſios Canonicus, vir in linguarum Græcæ atque Latinæ cognitione eximius, quas puer Bergis S. VVinoci apud Flandros ſub* PAVLO LEOPARDO *hauſerat: annos ipſos viginti egit in Vrbe, orbis Dominâ, in ſcrutandis Veterum monumentis, excutiendiſq; Bibliothecis aſsiduus; multaq; è mediâ Græciâ allata Latio donauit. Nihil tamen in lucem ac doctorum ora venire paſſus eſt, quâ erat modeſtiâ, bonis & doctis omnibus ſubmoleſtâ. Scripta Schedaſq; ſuas moriens Bibliothecæ Collegij Trilinguis Buſlidiani, apud Louanienſes, legauit: è quibus luce & prælo digna ſunt:*

DE Antiquâ ſcribendi Ratione.
De Naturâ verbi medij, *ac ferè* de totâ Naturâ verborum Græcorum: *ex rudiori maioris operis delineatione.*
Inſcriptiones Græcæ, *Macario Interprete, cum Notis eiuſdem.*
Emendatio Bibliorum Romana.
DISQVISITIO ANTIQVARIA DE GEMMIS BASILIDIANIS, *cui titulus* ABRAXAS, *ſeu* APISTOPISTVS.
Commentarius de Picturis, & Sculpturis ſacris antiquioribus, præſertim quæ Romæ reperiuntur; *cui titulus* HAGIOGLYPTA.
Baſilius, Seleuciæ Epiſcopus, de Vitâ S. Theclæ, Interprete Macario.

—Eiuſdem Homiliæ in Quatriduanum Lazarum: In Proditionem Iudæ, & myſticam Cœnam: in ſanctum Paſcha: in Abraham, & Iſaac.
—Eiuſdem Epiſtola ad Optimum, de eo Scripturæ loco iuxta LXX. *Omnis qui occiderit, ſepties vindictam exſoluet.*
Cyrilli oratio in Transfigurationem; & altera de Deiparâ;
—Item in Hypapantem, id eſt Purificationis diem.
Chryſoſtomi Homilia in Theophaniæ diem. *omnia Interprete Macario.*

Aubertus Miræus, Decanus Antuerpienſis, in Bibliothecâ Eccleſiaſticâ, ſeu Scholijs ad librum D. Hieronymi de Scriptoribus Eccleſiaſticis, cap. XXI.

IOANNES MACARIVS, *Arienſis in Arteſiâ Canonicus, noſter olim amicus, Græcè Latineq; doctiſſimus, ſcripſit* DISQVISITIONEM ANTIQVARIAM DE GEMMIS BASILIDIANIS, *cui titulus* ABRAXAS, *ſeu* APISTOPISTVS. *Extat* MS. *Louanij in Trilingui Collegio, &* TORNACI *in Bibliothecâ* WINGHIANA, *quæ nunc eſt* BASILICÆ CATHEDRALIS.
Vitâ functus eſt Ariæ XI. Iunij M. DC. XIV. ſepultus in Diui Petri, cum hoc Titulo, ac marmoris ornamento, quod ſpectatur in ſacello diuæ Magdalenæ.

D. O. M.

D. O. M.

HONORATISSIMI ET LITTERATISSIMI VIRI
DOMINI AC MAGISTRI
IOANNIS MACARII,
ALIAS L'HEVREVX,
IN HAC ECCLESIA EX XIIII. CANONICI
MANIBVS SACRVM.

IANVS MACARIVS, Gallicè HEVREVX dixeris,
Beaurainide genitrice, patre cognomine,
Grauelingæ in oras ſum editus luminis.
Puerum poliuit Berga, Leopardo auſpice,
Graiæ Latinæque artibus facundiæ;
Sophiæque ſcitis imbuit Louanium.
Annis Quirites, bis decem ampliùs, meâ
Induſtriâ docentis vſi, hanc gratiam
Habuere, vt precibus virorum Principum,
Quibus placueram, & ſcripta placuerant mea,
Detulerit vltrò Penſionem Pontifex
Iſthac in Æde, quem Canonicatum vocant.
Bis ſena vixi luſtra plus trieride;
Vndecima vitam Iunij lux abſtulit
M. DC. XIIII.

Tibi Chriſte laudi vertat omne quod ſumus,
Quod fuimus, & quod erimus æuo in altero.

RECENTIORVM SCRIPTORVM DE GEMMIS BASILIDIANIS ALIQVOT TESTIMONIA.

Cæſar Baronius S.R.E. Cardinalis Tomo 2. Annalium Eccleſiaſticorum, anno Chriſti 120. num. 10.

AD hæc certiùs comprobanda atque firmanda, dignum quidem fideq́; exploratum Antiquitatis monumentum accedit, quo ſatis perſpicuè declaratur, quales eſſe ſolerent imagines, quibus ait S. Irenæus vti conſueuiſſe Baſilidis ſectatores. Siquidem haud pridem, nempe poſt primam editionem Tomi huius Romæ factam, è ruderibus, vt accidit, emerſit in lucem Gemma ex amethyſto, hiſce imaginibus & notis inciſa, cuius exemplum hîc (vt vides) repræſentandum curauimus. Extat ipſa apud virum inſignem, ſincerâ fide, & egregiâ eruditione ſpectatum, Fuluium Vrſinum; cuius in rebus antiquioribus explorandis ac dignoſcendis ſolertia incomparabilis de Gemmâ elucidauit, quæ ceteris rerum Antiquarum ſtudioſis penitus videbantur obſcura; nimirum hanc vnam ex illis imaginibus eſſe, quibus vti ſolerent Baſilidiani hæretici, quas loco Bullæ, vel Amuleti, aut aliâ cauſſâ ſuperſtitioſè geſtarent.



Lau-

Laurentius Pignorius I. Symbolarum Epiſtolicarum.

MEas arculas inſigniora cælamina ſunt quæ ornent: Serapis, Nemeſis, Cupido, Venus, Mercurius, Fortuna, & Roma ſchemate militari. Cythara item Eunomi Locrenſis, Flos cui inſidet papilio, Muſca, Lupa Gemellorum altrix: Ægyptiorum deliria, & Baſilidianorum aliquot portenta.

Idem in Auctario ad Characteres Ægyptios.

SEctariorum veterum Hieroglyphica, nugas veriùs, adiunxi permotus doctorum virorum adhortatione, & impulſus exemplo Illuſtriſſimi viri Cæſaris Baronij Cardinalis, qui hiſtoriam anni C.XX. *ſculptâ huius generis Amethyſto, exornatam voluit.*

Claudius Salmaſius lib. de Annis Climactericis, vbi de Deo Abraxa capite Galli gallinacei.

PLurimæ Gemmæ ſeruantur in loculis curioſorum, qui eam faciem exhibent. Viſitur & in Dactyliothecâ Gorlæi abſque inſcriptione, & pro flagello in manu dextrâ corollam habet quaſi ſpineam, in ſiniſtrâ caſſidem. Sex tales edendas curauit Pignorius in Tabulæ Iſiacæ Commentario, quarum tres expreſſum nomen ABPACAΞ *præferunt. Tres aut quatuor ſimiliter in Dactyliothecâ Gorlæi viſuntur. Plures alias ipſe vidi, eâdem aut minimùm diſparili formâ in* ταμιείοις *Antiquariorum.*

Ioſephus Scaliger lib. 2. Epiſt. 119. ad Caſaubonum.

NIhil tam frequens eſt, quàm hæc ἔκτυπα *in Gemmis incluſa videre, etiam vetuſtiſſima. Ea nemo intelligit, niſi qui facienda curauit, & fruſtrà illis interpretandis opera datur. Quot enim veriſimilia dici poſſunt, quorum nullum mentem eorum aperuerit? Veteres Hæretici, præſertim Valentiniani, & Marcoſiani, multa eiuſmodi reliquerunt, quæ hodieq; in Antiquariorum loculis aſſeruantur cum eorum deo* ABPAΞAΣ.

Idem lib. 3. Epiſt. 226. ad Marquardum Freherum.

OMiſi de Figuris illis, quæ στοιχεῖα *à veteribus vocari dixi, infinitas hodie extare vetuſtiſſimas, Gemmis inſculptas, cum ſtellis, quibus horoſcopantibus inciſæ fuerunt; argumentis, propter pro-*

prodigioſum multis ex rebus atque animalibus confuſum corporis habitum, obſcuriſsimis. In illis enim quædam loricatæ ſunt, ceruice humanâ, capite Aquilino, aut Galli gallinacei; alterâ manu ſcutum, alterâ ſcuticam tenentes vel flagellum: ſerpentibus pro cruribus inſiſtentes. Multas eiuſmodi cum litteris ΑΒΡΑΞΑΣ *vidimus. Quæ veterum Valentinianorum, & aliorum Hæreticorum figmenta ſunt.*

Ioannes Seldenus Syntagmate 1. de Diis Syris cap. 2.

V*Ix dubito quin Amuletum illud ad Hemitritæum ſanandum, in quo conſcribi debet, ad Magorum præcepta* ABRACADABRA *ab* ABRAXA *primùm fluxerit. Nominis enim veſtigia in portento illo vocabulorum ſatis parent. Et hæc me pluſquam ſuadent tot* περιάμματα, *& Gemmæ elementis eiuſdem inſcripta nonnumquam repetitis, quorum copiam habes in Gallicis Scaligeri epiſtolis ad Vazetum.*

Petrus Gaſſendus de Nicolao Fabricio Peireskio, in eius Vitâ.

C*Ollegerat complura ad illuſtrandum, quòd ille* [Annalium Scriptor Baronius] *in ſecundum Tomum conieciſſet, ex Amethyſto Fuluij Vrſini circa vocem* ΑΒΡΑΞΑΣ, *quâ Baſilidiani intellexere ſummum Deum, continentem Angelos ſeptem, cælorum ſeptem præſides; ac præterea eorum trecentas ſexaginta quinque virtutes, iuxta anni dies; idq; ob ſeptem litteras, numeralemq; earum valorem (iunctis ſcilicet numeris pro ordine vniuſcuiuſque in Alphabeto litteræ) & id genus ſimilia, quæ deinceps quoque ad Natalium Benedictum litteris expoſuit.*

Athanaſius Kircherus de Gnoſticis, & eorum Magiâ Amuletariâ, Parte alterâ Tom. 2. Oedipi Ægyptiaci, Claſſe 11. cap. 6.

Æ*Gyptiacas ſuperſtitiones, quarum ſe heredes iactabant, ab inferis ſuſcitantes, totum ijs Orientem infecerunt. Erroneis enim eorum dogmatis inſiſtentes, nouam characteriſticam Artem condiderunt, quâ varia confecerunt Amuleta, quæ in varijs lapidibus, pro ratione & proprietate Numinis, quod per ea inuocabant, exſculpta, characteribus antiquis Ægyptiacis circumſcripta, & Nominibus potentium Angelorum inſignita, iuxta Legum Hieroglyphicarum præcepta, ponebant; quibus mira ſe præſtare poſſe gloriabantur.*

IOAN-

IOANNIS MACARII
CANONICI ARIENSIS
ABRAXAS
SEV
APISTOPISTVS;
QVÆ EST ANTIQVARIA DE GEMMIS BASILIDIANIS DISQVISITIO.

IN antiquis Gemmis Monſtrum quoddam cælatum capite galli, trunco corporis humano, pedibus in ſerpentes duos deſinentibus, qui ſe reflectunt, ſcutum habens vnâ manu, alterâ flagellum, certis indiciis ductus iudicaui eſſe commentitium Baſilidis impij hæretici deum, cui nomen ABRAXAS. Cuius meæ ſententiæ teſtis eſſe poteſt, qui tum inter Auditores Rotæ Primarius & Decanus, nunc inter Cardinales eſt, Illuſtriſſimus Seraphinus Oliuarius: petiit enim à me aliquando, quid de eâ formâ Monſtri ſentirem. Cui cùm dixiſſem me opinari eſſe ABRAXAM, ſtatim reperta Gemma, quæ vnâ parte Monſtrum illud haberet, alterâ nomen ABRAXAS, omnem dubitandi anſam præripuit. I.

De Abraxa autem Tertullianus libro de Præſcriptionibus aduerſus Hæreticos ſic ait: *Poſteà* BASILIDES *hæ-* II.

reticus erupit: hic eſſe dicit Summum Deum nomine ABRAXAM, *à quo Mentem creatam, quam Græcè* νοῦν *appellat. Inde Verbum, ex illo Prouidentia, ex Prouidentiâ Virtutem & Sapientiam; ex ipſis deinde Principatus, & Poteſtates, & Angelos factos: deinde infinitas Angelorum editiones, & probolas: ab iſtis Angelis trecentos ſexaginta quinque cælos inſtitutos. In vltimis quidem Angelis, & qui hunc fecerunt mundum, nouiſſimum ponit Iudæorum Deum, id eſt Deum Legis & Prophetarum; quem Deum negat, ſed Angelum dicit.* Non immeritò portentoſum vocat Abraxam B. Hieronymus ad ea verba capitis Abdiæ primi: *Quomodo perſcrutatus eſt Eſau, deprehenſa ſunt occulta eius? Vide Marcionem*, inquit, *& Valentinum, & omnes hæreticos, qui modò in doctrinis dæmoniorum cauteriatam habentes conſcientiam, applaudunt ſibi, & ſimplices animas, quaſi quibuſdam diuinis myſteriis initiantes, compoſito ſermone decipiunt. Sed cùm triginta Æonas, & Quadradas, & Octoadas, & Duodecadas, & duplicem Deum,* & PORTENTOSVM ABRAXAM *in medium ſermo protulerit, tunc prudentia Eſau ſtultitia demonſtrabitur, & inueſtigabuntur ſecreta eius.* Item in Naum caput primum, ad illud: *Ex te exibit cogitans contra Dominum*, ait, *inimica cogitatio. An non videtur aduerſus Deum malitia & præuaricatio dicere, quod Valentinus, quaſi abortiuum errantis ſapientiæ extremum editum creatorem? Nónne contra Deum cogitatio eſt* BASILIDIS *impudica, &* PORTENTOSVM ABRAXAS NOMEN, *quod præfertur Domino conditori?* Rurſum in Amos caput tertium, ad ea verba: *Congregamini ſuper montes Samariæ, & videte inſanias multas in medio eius. Et quia ſemel*, inquit, *iuxta leges Tropologiæ, Samaria refertur ad hæreticos, qui cuſtodes mandatorum Dei eſſe ſe mentiuntur, præcipit ſermo Diuinus, vt*

in Gentibus prædicent, quæ non habent notitiam Dei; in quarum doctrina ignis exurens eſt, & tribulatio, & anguſtia, vt conſiderent falſam Samariam, & aſcendant ad montes ſuperbiæ eius, & videant multas inſanias in medio ciuitatis, dum vnuſquiſque fingit quod voluerit, & adorat figmentum ſuum: vt Marcion bonum Deum & otioſum: vt Valentinus αἰῶνας *triginta, & extremum Chriſtum, quem appellat* ἔκτρωμα, *id eſt abortiuum: vt* BASILIDES, *qui omnipotentem Deum* PORTENTOSO NOMINE *appellat* ABRAXAS, *& eumdem ſecundùm Græcas litteras, & annui curſus numerum, dicit in* SOLIS *circulo contineri, quem Ethnici ſub eodem numero aliarum litterarum vocant* MITHRAM, *& Iberæ ineptiæ in Balſamo Barbeloque mirantur. Nónne hæc inſaniæ ſunt, & multæ inſaniæ, vnoquoque fingente quod in animum eius inciderit?* Declarabo Hieronymum ex Auguſtino: BASILIDES, inquit, *trecentos ſexaginta quinque cælos eſſe dicebat, quo numero dierum annus includitur. Vnde etiam quaſi* SANCTVM NOMEN *commendabat, quod eſt* Ἀβράξας: *cuius nominis litteræ ſecundùm Græcam ſupputationem, eumdem numerum complent. Sunt enim ſeptem:* α, *&* β, *&* ρ, *&* α, *&* ξ, *&* α, *&* σ: *id eſt vnum, & duo, & centum, & vnum, & ſexaginta, & vnum, & ducenta, quæ fiunt in ſummâ, trecenta ſexaginta quinque.*

Atque hunc numerum contineri nomine Abraxas, III.
multi alij tradiderunt. Verùm nomine Mithræ ſupputationem eamdem includi, neminem vidi qui declarauerit. Quod tamen ita eſſe reperio, ſi Græcè proferatur ΜΙΘΡΗΣ, qui & ΜΙΘΡΑΣ dicitur. Sunt enim ſex litteræ Græcæ: Μ, & Ι, & Θ, & Ρ, & Η, & Σ. Et μ, 40. nota ι, 10. θ, 8. ρ, 100. η, 7. σ, 200. quorum ſumma eadem, quæ in Abraxas 365. Ne mireris autem me θ dicere 8. & η 7. cùm

aliter ſit vſus. Videntur enim, qui hunc numerum collegerunt, in eo nomine ΜΙΘΡΗΣ perrexiſſe recto ordine, numerando Alphabeti litteras vſque ad Θ, quæ eſt octaua littera, & nonam fortaſſis eam feciſſe, quæ ſexto loco ſolet inſeri, notam; nec poteſt hic numerus in nomine MITHRÆ reperiri aliter. Colebant ergo Baſilidiani ſub alio nomine Deum Gentilium Mithram, qui Perſis familiaris, irrepſit etiam in Romanum orbem; eiuſque Sacra Chriſtianis Sacris valdè affinia fuiſſe notarunt Veteres. Nam & lauacro tingebant, & ſignabant in fronte ſuos, & ſpeciem Euchariſtiæ habebant, martyrij etiam initiationem, & reſurrectionis opinionem. Et quidem de Euchariſtiæ ſpecie Iuſtinus Martyr Apologiâ II. pro Chriſtianis: *Apoſtoli*, inquit, *in Commentarijs à ſe ſcriptis, quæ Euangelia vocantur, ita tradiderunt præcepiſſe ſibi* IESVM. *Eum enim pane accepto, cùm gratias egiſſet, dixiſſe: Hoc facite in meam commemorationem. Hoc eſt Corpus meum. Et poculo ſimiliter accepto, & gratiis actis, dixiſſe: Hic eſt Sanguis meus; & ſolis eis tradidiſſe. Quod quidem in myſteriis atque initiis* MITHRÆ *fieri docuerunt per imitationem praui dæmones. Quòd namque panis, & poculum aquæ in ſacrificiis, ſiue Re diuinâ eius qui initiatur, ponatur verbis quibuſdam additis, aut certè ſcitis, aut cognoſcere poteſtis.* De eâdem ſpecie Euchariſtiæ & ceteris, etiam Tertullianus libro de Præſcriptionibus Hæreticorum: *Sed quæritur*, inquit, *à quo intellectus Interpretum eorum, quæ ad Hæreſes faciant? à diabolo ſcilicet, cuius ſunt partes interuertendi veritatem, qui ipſas quoque res Sacramentorum Diuinorum, in Idolorum myſteriis æmulatur. Tingit & ipſe quoſdam, vtique credentes & fideles ſuos; expiationes delictorum de lauacro repromittit, & ſic initiat* MITHRÆ; *ſignat illic in frontibus milites ſuos, cele-*

celebrat & panis oblationem, & imaginem reſurrectionis inducit, & ſub gladio redimit coronam. Quid ſit autem *ſub gladio redimere coronam*, declarat libro de Coronâ Militis: *Erubeſcite Romani commilitones, iam non ab ipſo* [Chriſto] *iudicandi, ſed ab aliquo* MITHRÆ *Milite, qui cùm initiatur in ſpelæo, in caſtris nempe tenebrarum, coronam interpoſito gladio ſibi oblatam quaſi mimum martyrij, dehinc capiti ſuo accommodatam, monetur obuiâ manu capite depellere, & in humerum, ſi fortè, transferre, dicens:* MITHRAM *eſſe coronam ſuam. Atque exinde numquam coronatur; id quod in ſignum habet ad probationem ſui, ſicubi tentatus fuerit de ſacramento: ſtatimque creditur* MITHRÆ *Miles, ſi deiecerit coronam, ſi eam in Deo ſuo eſſe dixerit. Agnoſcamus ingenia diaboli, idcircò quædam de diuinis affectantis, vt nos de ſuorum fide confundat, & iudicet.*

Refero ad id genus ficti martyrij Lampridij locum de Commodo: SACRA MITHRIACA *homicidio vero polluit, cùm illic aliquid ad ſpeciem timoris dici vel fingi ſoleat.* Fingi, inquit: nam homicidium ſeu martyrium, gladio interpoſito, ſimulabatur: Commodus verò, quâ erat petulantiâ, gladium adigebat, vt puto, ad necem vſque. Similes eius proteruiæ, dum Bellonæ ſeruientes verè exſectare brachium præcepit, & Iſiacos pineis ad perniciem vſque ſe tundere coëgit; & cùm Anubim ipſe portaret, capita Iſiacorum grauiter obtundebat ore ſimulacri. De eodem ſimulato martyrio intelligo Suidam in voce ΜΙΘΡΟΥ. Μίθραν νομίζουσιν οἱ Πέρσαι εἶναι τὸν Ἥλιον· καὶ τούτῳ θύουσι πολλὰς θυσίας. οὐκ ἂν οὖν εἰς αὐτὸν δυνήσαιτό τις τελεσθῆναι, εἰ μὴ διά τινων βαθμῶν παρελθὼν τῶν κολάσεων δείξει ἑαυτὸν ὅσιον καὶ ἀπαθῆ. MITHRAM *exiſtimant Perſæ eſſe* SOLEM, *& huic mactant multas victimas, ne quis poſſit ipſi initiari, niſi per multos gradus cruciatuum* IV.

ſeipſum oſtenderit ſanctum, & indolentiâ præditum. Duodecim verò gradus horum cruciatuum fuiſſe docet interpres Gregorij Nazianzeni, ſuper inuectiuâ in Iulianum priore.

V. Mithram autem & Titanem eumdem eſſe, & Apollinem & Oſirim, habes Thebaidis libri primi fine:

PHOEBE *parens.* poſt quædam interiecta:

Adſis ô memor hoſpitij, Iunoniaque arua
Dexter ames, ſeu te roſeum TITANA *vocari*
Gentis Achemeniæ ritu, ſeu præſtat OSIRIM
Frugiferum, ſeu PERSEI *ſub rupibus* ANTRI
Indignata ſequi torquentem cornua MITHRAM.

Mithræ ſimulacrum (inquit Lutatius interpres Statij) *fingebatur reluctantis Tauri cornua retentare, quo ſignificabatur Lunam ab eo lumen accipere, cùm cœperit ab eius radiis ſegregari. Erat autem ipſe* SOL *leonis vultu, cum tiarâ, priſco habitu; vtriſque manibus, ſeu diximus, bouis cornua comprimens. Siquidem* SOL *principale ſignum inculcat, & frænat leonem ſcilicet, ideò quòd hic deus ceteros ſui nominis & potentiæ impetu excellat, vt inter reliquas feras leo, vel quòd ſit rapidum animal.* Conſpectus à me Romæ multis locis Mithres, formâ penè conſimili. Penè inquam; nam caput non eſt leonis, ſed humanum, cum pileolo Parthico ſeu tiarâ. vnâ tantùm manu tauri cornua prehendit, alterâ genu in taurum nixus cultrum tergo infigit. Multa circa eum appoſita ſunt, præſertim in eâ imagine Mithræ, quæ conſpicitur in tabellâ fictili, muro inſertâ, in ædibus, quæ olim dicebantur Octauij Zeni; vbi & maiores Mithræ è marmore. Edita eſt tabella illa, & nomen illi indiderunt, *Typum Agriculturæ;* ſed non benè, nam typus Mithræ eſt. Leones porrò ſacramenta fuiſſe Mithræ docet Tertullianus aduerſus Marcionem: *Sicut*

aridæ

aridæ & ardentis, inquit, *naturæ ſacramenta* LEONES MITHRÆ *philoſophantur*. Hinc diſcimus, cur in eâ figurâ Abraxæ, quam edidit Baronius, humanâ nempe formâ (nec enim vna eademque ſemper cernitur) appoſitus ſit leo ab alterâ parte.

Mithræ autem cultus diu manſit etiam ſub Principibus Chriſtianis, quæ abolita Romæ ſuo tempore narrat Hieronymus, Epiſtolâ ad Lætam de Inſtitutione filiæ: *Ante paucos annos propinquus veſter Gracchus, nobilitatem Patriciam ſonans nomine, cùm præfecturam gereret vrbanam, nónne ſpecum* MITHRÆ, *&* *omnia* PORTENTOSA SIMVLACRA, *quibus Corax, Niphus, Miles, Leo, Perſes, Helios, Bromius Pater initiantur, ſubuertit, fregit, exuſſit?* Quod facit ad Prudentij lucem, libro primo aduerſus Symmachum: VI.

Iam quid poplicolas percurram carmine Gracchos
Iure poteſtatis fultos, & in arce Senatus
Præcipuos, ſimulacra deûm iuſſiſſe reuelli,
Cumque ſuis pariter lictoribus, omnipotenti
Suppliciter Chriſto ſe conſecraſſe regendos.

Sed illuſtremus paululùm ea verba, *Portentoſa ſimulacra, quibus Corax, Niphus, Miles, &c. initiantur.* Ego ſic exiſtimo, Mithram non vnâ ſpecie, vt dixi, effictum; ſed & Leonis, & Militis, & Helij, id eſt Solis, & Bromij Patris, id eſt Bacchi, & aliarum, etiam deorum & rerum. Ita vt multi dij, & res variæ fuerint veluti initiatæ ipſi Mithræ, & tranſierint ad eius Sacra. Quod ſic colligo. Cùm in Abraxa lateat Mithres, viderimque Abraxas diuerſis efformatos modis, etiam ſub deorum effigie, veriſimile videtur, vt idem contigerit & Mithræ. Vidi enim præter eam formam, quæ in Baronio eſt, formâ nudi VII.

hominis

hominis, capite radiato, dextrâ tangebat ſcutum, quod ad pedes erat, ſiniſtrâ flagello armabatur: nomen à tergo appoſitum ſic:

ABAPA
Z
IAO.

Vidi & formâ Iſidis appoſito nomine ΑΒΡΑCΑΞ. Et cùm ad monſtrum illud capite galli, quod in principio deſcripſi, ſæpiſſimè in ſcuto, vel infrà ad oram apponatur vox ΙΑΩ, & à tergo variæ interdum litteræ, quæ inter ſe connexionem non patiuntur ad ſyllabam conficiendam; quoties abſque nomine Abraxæ, illa vox ΙΑΩ, & illæ, quæ illam comitantur ſæpè, vt SABAO, & ſimiles, & litteræ illæ inconnexi ſoni apponentur, cogitandum erit eſſe quoddam genus Abraxæ, aut ad eum pertinere. Et, cùm leo à tergo poſitus ſit Abraxæ, quem Baronius edidit, quoties monſtra, vel homines capite leonino videbuntur, etiam eódem ſpectabunt.

VIII. Incidi in Gemmam, in quâ homo, capite leonino, geſtans ſitulam, dextrâ tenens ſerpentem radiato capite, quod ad Abraxam Iſiacum referetur meo iudicio, in cuius ſacris ſitula geſtabatur. Vidi & hominem, more militis accinctum gladio, ſed caput erat leonis, dextrâ tenebat caput Meduſæ, quem vocauero Abraxam Militem, ſeu Mithram Militem. nec enim hîc verus aliquis Miles Mithræ ſtudioſus intelligitur, vt video aliquos ſenſiſſe, cùm hic Miles numeretur inter ſimulacra portentoſa. Viſa eſt à me Gemma, cui ab vnâ parte erat auicula, geſtans ramum fortè lauri, ab alterâ poſitum nomen ΑΒΡΑCΑΞ, qui

qui fuerit Abraxas, vel Mithres Corax, id eſt coruus. Sic fuerit & Mithres vel Abraxas Bromius Pater ſub ſpecie Bacchi, quem non vidi, ſed arbitror reperiri poſſe; vt exiſtimo ſub Neptuni formâ latere Abraxam, cui nomen erat appoſitum ΟΔΑΡΓΑΖΑΣ. Et cùm viderim monſtrum illud capite galli, præter ſolita, habere appoſitas ſeptem circum ſe ſtellas, quas poſteà in Ioue ſedente cum aquilâ vidi appoſitis nominibus quibuſdam incognitis, ΚΟΝΓΕΥ ΚΑΝΤΕΥ ΑΙΓΥΝΖ, exiſtimo & eódem pertinere. Nam & viſum à me illud capite galli monſtrum, cui à tergo apponebatur ΓΙΓΑΝΤΟΛΕΤΟΡ, quod ad Iouem pertinet. Harpocratem vidi cum iis, quæ ſolent comitari Abraxam, & Cynocephalum, & alios Ægyptios deos.

Et quia paulò antè dixi, quoties ΙΑΩ additur, venire nos in coniecturam alicuius noui Abraxæ, hinc eſt vt exiſtimem, ad Abraxam pertinere monſtrum quoddam mirificum, quod humanâ ſpecie nudum habet alas quaternas, geſtans cancrum dextrâ; caput humanum quidem, ſed horrificum: ſub pedibus eſt vox ΙΑΩ. Quare & eódem pertinebit ſimile monſtrum binis tantùm alis, pudendâ parte affictâ, cuius ſub pedibus finguntur, ſub ſpatio quodam breui, animalcula varia: cui monſtro nomen libens dedero Phaëthontis ſeu Protogeni, eius præſertim, in quem Orpheus Hymnum conſcripſit. Alæ fortè referendæ ad anni tempora, quæ præteruolant, & primariâ diuiſione duo ſunt, Æſtas & Hiems; ſecundariâ quatuor, Ver, Æſtas, Autumnus, Hiems. Pudendum appoſitum ad notandam generationem: nam *Deus & Sol*, teſte Philoſopho, *omnia generant*. Et animalcula illa ſunt appoſita ad res à Sole productas indicandum. Vnde & vlteriùs licet colligere, quoties in Gemmis reperiuntur IX.

animalia in pedes erecta, vt canes affectis pudendis, & circum appoſitis vocibus, & litteris inconnexi ſoni, eódem referenda. Quòd autem monſtrum illud nudum alatum pertineat ad Abraxas, vel inde quis iudicet, quòd monſtrum primum noſtrum capite galli, aliquando à me cum ſimilibus alis viſum, & totidem. Nam ille Abraxas capite auis non vno eodemque modo figuratum cernitur. Caput non eiuſdem ſemper auis, galli ſæpiùs, aliquando quaſi accipitris, aut alterius auis rapacis, dicas aliquando corui. Et Antonius le Pois Antiquarius libro Gallico de Cœlaturis, ponit vnam figuram, quam ignorauit, eſt tamen Abraxæ, cui caput aquilinum, additis cornibus ceruinis. Imò & leonis, inquit Camillus Leonardus in Speculo Lapidum; & ipſe habeo Ectypum eiuſmodi Abraxæ. Pedes in duos ſæpiùs deſinunt ſerpentes, aliquando & in vnum, ſæpiùs ſine alis, ad humeros & pectus aliquando alatum.

X. Licet & pergere eò, quòd cùm videamus Phaëthontem illum, ſuperiùs à me nominatum, apprehendere, ſeu geſtare cancrum, quoties in Gemmis cancrum ſolum videbimus cum litteris & vocibus, erit ſymbolum Abraxæ, imò cum lacertis, & cum ſcarabæis, quæ omnia animalia Solaria, aut ſaltem Mithræ & Abraxæ videntur dicata. Et cancer quidem etiam reperitur comes veri Mithræ in tabellâ fictili à me dictâ. Vidi Gemmam, in quâ ab vnâ parte velut inſectum quoddam, fortè ſcarabæus, & circa eum per orbem ſerpens, capite caudam apprehendens, quo annum ſignificari exiſtimo: ab aliâ parte erat ΙΑΩ CΑΒΑΩ. ΑΔΩΝΕΙ. Et nihil frequentius ſolido corpore è Gemmâ effictis ſcarabæis, qui perforati geſtabantur.

XI. Addamus & ad turbam Abraxarum omnes Gemmas,

mas quæ habent ſerpentem rectum, caudâ circumuolutâ, capite radiato, præſertim leonino. Nam in eâ figurâ Abraxæ (quam ſuprà dixi ſub ſpecie ſacerdotis Iſidis geſtantis ſitulam vnâ, & ſerpentem alterâ manu) ſerpens erat capite radiato. Quod ſi alicubi cum eodem ſerpente ponatur pyxis, ſit ille Abraxas Æſculapius. vt tandem verum ſit, Abraxam inſtar eſſe equi Troiani, qui vt Heroes Græcos vtero gerebat, ita Abraxas vtero condat omnium Deorum familias, ſeu Ægyptij, ſeu Græci, & Latini, & Perſici; & cogat initiis ſuis imbui, & ſacrari. Verè Apiſtopiſti Baſilidiani, id eſt, merè infideles ſub fidelium nomine, lupi Pagani ſub ouis Chriſtianæ vellere: quibus præiuit, & facem prætulit in hoc genere impietatis pater eorum Simon Magus. Epiphanius Hæreſi Simonianorum: *Imaginem quamdam* [Simon] *tradidit ipſis, velut quæ ipſius ſit, & adorant eam in ſpecie Iouis, quin & aliam Helenæ imaginem tradidit ipſis in figurâ Mineruæ; & adorant has, qui ab ipſo decepti ſunt.* Et Theodoretus de Valentinianis, qui Gnoſticorum ramus: *Celebrant*, inquit, *Feſta Gentilia.*

Tempore autem horum hæreticorum magnâ in veneratione apud Romanos erat Sol, vt ferè cœperint ſordere alij dij præ huius cultu; plurimaq; fit mentio dei Mithrę in Scriptoribus & profanis, qui ætate huiuſmodi hæreticorũ ſcripſerunt, cuius ſacra durarunt etiam ſub Chriſtianis Imperatoribus: quod inde colligitur, quòd ſuo tempore ſublata B. Hieronymus & Prudentius teſtentur, vt ſuprà memini. Inſcriptio vetus eſt, quæ ſub Gratiano & Merobaude Conſulibus, nominat Rufum Ceioniã addictum Mithræ: XII.

Idem Augur triplicis cultor venerande Dianæ,
Perſidicique MITHRÆ *Antiſtes Babylonie templi.*

Nec Romæ ſolùm colebatur Mithres, ſed & in Græciam ſe ingeſſerat: nam & Epiphanius libro contra Hæreſes, de Marcione agens, *Epimenidem, veterem Philoſophum, templi* MITHRÆ, *ſiue* SOLIS, *apud Cretenſes*, ait, *fuiſſe ſacerdotem*. Atque ad eius dei ſacra conuellenda, Antiochiæ laborarunt Præſides Eccleſiarum per idem ferè tempus, aut paulò antè, quàm Romæ Gracchi. Sic enim Nicephorus Calliſtus libro decimo Hiſtoriæ refert: *Inſuper tum quoque, quod de* MITHRÆO, (id eſt Mithræ ſacrario) *actum fuerat, tumultum contra eum* (nempe Georgium Alexandrinum, Arianum tamen) *motum auxit. Nam locum eum diu neglectum Conſtantius Eccleſiæ Alexandrinæ donauerat. Georgius autem eum repurgans, vt Ædem ſacram Deo excitaret, ſubterraneum antrum reperit, in quo ſimulacra, & alia quædam ſymbola, & ſigna Græcarum nugarum, & præſtigiarum, vt ita dicam, eorumque qui ſacris ab ipſis inſtituti atque initiati fuiſſent. Græci autem pudore, ob myſteria & arcana ſua reuelata, affecti, confeſtim manu coactâ, gladiis, lapidibus & clauis impetum in Chriſtianos fecerunt, & multos occiderunt, quoſdam vulnerarunt, & nonnullos etiam ex eis, ad dogmatis contumeliam, in crucem egerunt, atque abierunt. Georgius cœptum opus imperfectum reliquit.* Ecce quàm tenaciter Græci, id eſt Pagani, eâ ætate ſacris illis inhærebant.

XIII. Quin & Apoſtata ille Iulianus, dum à vero Deo defecit, non ad alium conuerſus, quàm ad ſuum ΗΛΙΟΝ, id eſt SOLEM, vt in Saturnalibus fatetur ipſe. Et in deum ſuum SOLEM Encomium compoſuit. Nil igitur mirum, ſi corruptores Chriſtianæ Fidei & Religionis, aut potiùs deſertores, ad caſtra Mithræ, & Solis cuiuſdam confugerint, eiuſque ſe deuouerint ſacris, & myſteriis profanis

&

& execrandis. Quorum ſacrorum ſymbola in Gemmis expreſſa, partim explicata iam clareſcunt, partim meliùs intelligemus, ſi meminerimus eumdem eſſe Mithram, qui Apollo, qui Oſiris, qui multi alij dij. Nam vt vnum pro multis ſumam exemplum; cur vnâ parte coruus cum ramo lauri, ab alterâ nomen Abraxas, ſi petatur; dicemus, coruum & laurum dicatum Apollini, quem inter ſuos initiatos habet Mithres. Cur monſtri primi caput interdum ſit corui, vt mihi videtur? Eadem. Cur milui, vel accipitris? Quòd, ni fallor, vt inter quadrupedes leo dicatus Mithræ, ita & inter aues miluus, rapida volucris. vel quòd, vt inquit Ouidius:

Placat equo Perſis radiis Hyperiona cinctum,
Ne detur celeri victima tarda deo;

ita rapidæ & veloces ad prædam volucres addicantur Mithræ. Nam de gallo facilè eſt cogitare eſſe Solis prænuntiam auem, & lucis.

Benè portentoſa ſimulacra Mithræi ſpecus dixit bea- XIII.
tus Hieronymus, vti ſunt & hæ Gemmarum effigies. Sed quid dicemus? Et ipſi Mithræ cultores omnino portentoſi, & non niſi meræ laruæ. Audiamus Porphyrium libro primo περὶ ἀποχῆς, id eſt, de Abſtinentiâ ab eſu carnium: Ἐν τοῖς τοῦ Μίθρα μυστηρίοις τὴν κοινότητα ἡμῶν τὴν πρὸς τὰ ζῶα αἰνιττόμενοι διὰ τῶν ζώων μηνύειν εἰώθασι, ὡς τοὺς μετέχοντας τῶν αὐτῶν ὀργίων μύστας, Λέοντας καλεῖν, τὰς δὲ γυναῖκας Ὑαίνας, τοὺς δ' ὑπηρετοῦντας Κόρακας. Ἐπί τε τῶν πατέρων, ἀετοὶ γὰρ καὶ ἱέρακες οὗτοι προσαγορεύονται. ὅτε τὰ Λεοντικὰ παραλαμβάνων περιτίθεται παντοδαπὰς ζώων μορφάς. *In myſteriis*, inquit, MITHRÆ, *communionem, quam habemus cum animalibus, ſubindicare volentes, per animalium nomina conſueuerunt nos interſtinguere; adeò vt eos, qui iam initiati participes ſunt eorumdem ſacrorum,* LEONES *vocent,*

ipſaſque feminas HYENAS; *famulantes autem* CORVOS. *Itidem in Patribus;* AQVILÆ *enim, &* ACCIPITRES *hi appellantur. Et qui* LEONINA *aſſumit, circumponit ſibi* OMNIGENAS ANIMALIVM FORMAS.

XV. Quòd autem pedes in ſerpentes deſinant, non minùs mirandum, quàm reliqua. Non defuerunt, ſcio, Gentilibus biformes Dij. Tertullianus Apologetico: *Sed illi debebant adorare ſtatim* BIFORME NVMEN, *quia &* LEONINO *&* CANINO *capite commiſtos, & de* CAPRO *& de* ARIETE *cornutos, & à lumbis* HIRCOS, *& à crure* SERPENTES, *& à plantâ vel tergo* ALITES DEOS *receperunt.* Gigantes etiam, qui aduerſus Iouem pugnauerunt, ſerpentes pro pedibus habuiſſe finxit Antiquitas. Ouidius Triſtium IV. Elegiâ III.

Sphingaáque & Harpyas, SERPENTIGEROSQVE *gigantes,*
Centimanumqne Gygem, ſemibouemque virum.

Et V. Faſtorum:

Terra feros partus, IMMANIA MONSTRA, *gigantes*
Edidit, auſuros in Iouis ire domum.
Mille manus illis dedit, & pro CRVRIBVS ANGVES;
Atque ait: In magnos arma mouete Deos.

Sanè tali monſtro, quale depinxerunt Apiſtopiſti, ſerpentes erant pro cruribus dandi, quod inſtar gigantis aduerſus magnum Deum arma moueret, & eum veluti throno extrudere conaretur. Erichthonio etiam dederunt anguinos pedes, de quo Seruius in illud Virgilij Georgicorum II.

Primus Erichthonius currus, & quatuor auſus
Iungere equos, rapidiſque rotis inſiſtere victor:

ait: *Ad tegendam pedum fœditatem, iunctis equis vſum eſſe curru, quòd* ANGVINIS *eſſet* PEDIBVS. Cuius Erichthonij

nij ortum nouerunt, qui paulùm in fabulis verſati ſunt, & eodem loco ponit Seruius & Lactantius libro primo Inſtitutionum;quod omitto in præſentiarum, vti & duplicem eius nominis deriuationem, quam qui volet, ab aliis petat. Hoc ſolum addo, Erichthonio, & Mithræ magnam in ortu eſſe affinitatem, vel B. Hieronymo reſte contra Iouinianum diſſerente, cuius ipſius verbis in hac re vtar: *Qui*, inquit (nempe Erichthonius & Mithras) *iuxta Gentilium fabulas, vel in lapide, vel in terrâ, de ſolo æſtu libidinis ſunt generati.* Ad quam ſimilitudinem ortus oſtendendam, exiſtimo pedes Abraxæ datos anguinos ab Apiſtopiſtis, quales Erichthonij. Et ſanè fuerunt Baſilidis impura ſacra, quæ licet valdè pudenda, non erubuit tamen effari B. Epiphanius, & ex eo Baronius.

Sed cur ſcutum vnâ, flagellum alterâ manu tenet hoc XVI. monſtrum, aut ſcutum ad pedes aliquando? An vt pugnet inſtar gigantis aduerſus ſummum Deum? Qui id diceret, non incommodâ ratione videretur vti. At veriùs puto dicendum, quòd hæ Gemmæ ad amuleta formarentur, & auertenda mala, & fortè quòd ſignificare vellent Abraxam ſuos credulos defenſurum eſſe, & ſcuto protecturum, & aduerſantes flagello caſtigaturum; & ideò illi pectus thorace ſæpiſſimè tectum. Huc pertinet, quod ſuprà memoraui, repertum monſtrum noſtrum cum voce à tergo: ΓΙΓΑΝΤΟΛΕΤΟΡ, id eſt Gigantum perditor; quòd inſtar Iouis cuiuſdam perderet aduerſus ſe inſurgentes gigantes, & aduerſarios.

Quòd autem eſſent Amuleta, notaui è numiſmate, XVII. vnâ parte inſignito ſolito monſtro Abraxæ, & ab alterâ perſonam habente confictam tribus capitibus, è quibus vnum videbatur Iſidis eſſe, cuius deæ iram reformidabant

bant admodum Gentiles, quòd, vt credebant, exacerbata graues inferret peſtes & ærumnas. Adde quod foramen inerat numiſmati ad traijciendum funiculum, quo ad collum geſtaretur; vti & conſtat Veteres geſtaſſe appenſa numiſmata, non ſolùm aduerſus mala, ſed etiam ad bona, vt arbitror, procuranda; vt de Alexandri Magni imagine B. Chryſoſtomus meminit Homiliâ XXV. ad Populum Antiochenum: *Quid verò diceret aliquis de his, qui carminibus & ligaturis vtuntur, & de circumligantibus* AVREA ALEXANDRI MACEDONIS NVMISMATA *capiti vel pedibus? Dic mihi, hæne ſunt ſpes noſtræ, vt poſt crucem & mortem Domini, gentilis regni imagine ſpem ſalutis habeamus?* Triceps porrò in eo nummo aureo capitis figmentum accedit ad Hecates figuram, quam breuiſſimis verbis Minutius Felix vnà cum multorum Deorum formâ depingit. *Diana*, inquit, *interim eſt altè ſuccincta venatrix, & Epheſia multis mammis & verubus extructa, &* TRIVIA TRINIS CAPITIBVS, *&* MVLTIS MANIBVS *horrifica*. Sunt autem in eo nummo præter tria capita ſenæ manus. Triuia verò Hecate eſt, quamquam Natalis Comes ait libro tertio Mithologiæ: *E tribus capitibus Triuiæ, dextrum equinum, ſiniſtrum caninum, medium hominis fuiſſe*. Quam Hecatem Veneficam inuocabant. Theocritus Pharmaceutriâ:

Τᾷ χθονίᾳ δ' Ἑκάτᾳ, τὰν καὶ σκύλακες τρομέοντι
Ἐρχομέναν νεκύων ἀνὰ τ' ἠρία καὶ μέλαν αἷμα.
Χαῖρ' Ἑκάτα δασπλῆτι, καὶ ἐς τέλος ἄμμιν ὀπήδει.

Id eſt:

Infernæque HECATÆ, *quam canes tremunt*
Venientem mortuorũ per cadauera, & per ſanguinem atrum.
Salue HECATE *grauis, & ad finem vſque nobis eſto comes.*

Gnoſti-

Gnoſticos autem magicis artibus addictos fuiſſe tradunt Veteres. Hieronymus Epiſtolâ XXIX. ad Theodoram: *Et quia hæreſeos,* inquit, *ſemel fecimus mentionem, quâ Lucinus noſter eloquentiæ tubâ cani poteſt? qui ſpurciſſimâ per Hiſpaniam* BASILIDIS *hæreſi ſæuiente, & inſtar peſtis & morbi totam intra Pyrenæum & Oceanum vaſtante prouinciam, Fidei Eccleſiaſticæ tenuit puritatem, nequaquam ſuſcipiens Armagil, Barbelon,* ABRAXAS, *Balſamo, & ridiculum Leuſiboram, ceteraque magis portenta quàm nomina, quæ ad imperitorum & muliercularum animos concitandos, quaſi de Hebraicis fontibus hauriunt; barbaro ſimplices quoſque terrentes ſono, vt quod non intelligunt, plus mirentur. Refert Irenæus, vir Apoſtolicorum temporum, & Papiæ, auditoris Euangeliſtæ Ioannis, diſcipulus, Epiſcopus Eccleſiæ Lugdunenſis, quòd Marcus quidam de* BASILIDIS GNOSTICI *ſtirpe deſcendens, primùm ad Gallias venerit, & eas partes, per quas Rhodanus & Garumna fluunt, ſuâ doctrinâ maculauerit; maximeque nobiles feminas, quædam in occulto myſteria repromittens, hoc errore ſeduxerit, magicis artibus & ſecretâ corporum voluptate amorem ſui concilians: inde Pyrenæum tranſiens Hiſpanias occuparit, & hoc ſtudij habuerit, vt diuitum domos, & in ipſis feminas maximè appeteret, quæ ducuntur varijs deſiderijs, ſemper diſcentes, & numquam ad ſcientiam veritatis peruenientes.* Diſcimus hinc quàm latè peruagata ſit hæreſis illa, nec fuerit terminis contenta breuibus; vt non mirum ſit tot eius ſectatorum Gemmas reperiri, in quibus non ſolùm inuenitur monſtri alicuius animalis, aut dei, aut alterius rei ſculptura, ſed & litteræ, quarum aliquando magna copia multis lineis comprehenſa cernitur, quæ in dictionem & vocem vnam coaleſcere nequeunt, vt antè monui. Qui mo- XVIII.

dus ad eorum arcana referendus, quæ nolebant ab hominibus capi. Theodoretus de Baſilidianis: *Et hi, vti Menandriani, & Simoniani, vtuntur incantationibus, & magicâ arte omni genere maleficij, Angelorum nomina quædam efformantes; quorum aliquos dicunt primum tenere cælum, alios ſecundum, & ſic deinceps vſque trecenteſimum ſexageſimumquintum. Saluatorem verò Dominum Kaulakouam nominant. Hæc verò arcana eſſe dicunt, quæ non poſſunt capi ab omnibus, ſed tantùm ab vno inter mille.*

XIX. Aliquando litteræ dictionem efficiunt, vt eſt illa quam dixi IAO, frequentiſſima in Abraxis, & veluti teſſera ſectæ illius, & Abraxei delirij argumentum. De quâ Epiphanius Hæreſi XXVI. quæ eſt Gnoſticorum: *Ceterum*, ait, *maiorum, ſecundùm ipſos, Principum hæc nomina eſſe dicunt: in primo quidem cælo eſſe* IAO *Principem, in ſecundo verò Saclan Principem ſcortationis, in tertio Seth Principem, in quarto dicunt eſſe Daden: quartum enim ac tertium cælum eße aßerunt; imò etiam aliud quintum, in quo dicunt eſſe Eloæum, qui & Adoneus appellatur: in ſexto verò alij Ialdabaoth eſſe dicunt, alij Elilæum; alij etiam ſeptimum cælum conſtituunt, in quo Sabaoth; alij hoc negant, & Ialdabaoth in ſeptimo eße pronuntiant; in octauo verò eam, quæ Barbelo nuncupatur.* Etiam Valentiniani, Gnoſticorum proles, eam vocem vſurparunt in ſuis Somniis. Theodoretus in eâdem Hæreſi: *Hæc omnia intra primum complementum nominant; extra verò complementum quæ dicuntur, ſunt hæc:* ἐνθύμησιν, *id eſt cogitationem illius ſapientiæ, quam & Conceptum informem appellant, & nomine dicunt Achamoth, quæ extra complementum facta, in vmbrâ quadam, & inani ſpatio degeret; ductum verò miſeratione eum, qui vocatur alijs Chriſtus, occiſum fuiße per illum, quod* ὅρον, *id eſt Terminum, vocant*

&

& Crucem, & ipſi dediſſe formam ſecundùm ſubſtantiam, ſed cognitione vacuam reliquiſſe, & poſt hæc in ſeipſum contraxiſſe ipſam δύναμιν*; quæ cùm perſenſiſſet ambientem ſe lucem, cucurriſſe ad inquiſitionem eam; ab Horo autem prohibitam vlteriùs progredi, cùm dixiſſet* IAO. *Inde enim dicunt iſtud nomen factum.* Etiam in Marcoſijs ponit Epiphanius: *Alij verò*, inquit, *Hebraica quædam nomina adijciunt, quò magis admirationi ſint his, qui initiantur, hoc modo: Baſema, Chamoſſe Baæanora, Miſtadia, Ruada, Cuſta, Babophor, Kalachthei. Horum interpretatio hæc eſt: Super omnem virtutem Patris inuoco id quod nominatur Lux, & Spiritum bonum, & vitam, quia in corpore regnaſti. Alij rurſus redemptionem adijciunt his verbis: Nomen abſconditum ab omni Deitate & Dominatione, ac veritate, quod induit* IESVS *Nazarenus in vitâ lucis Chriſti, Chriſti viuentis per Spiritum ſanctum in redemptionem Angelicam, nomen reſtitutionis, Meſſias, Vphareg, Namempſæman, Chaldæan, Moſomedaëa, Acphranæ, Plaoüa,* IESV *Nazaria. Et horum interpretatio eſt: Chriſti non diuido Spiritum, cor, & ſupercæleſtem virtutem miſericordem. Vtinam fruar nomine tuo, Saluator veritatis! Et hæc quidem dicunt verba qui initiant. Qui verò initiatus eſt, reſpondet: Firmatus ſum, & redemptus, & redimo animam meam à ſæculo hoc, & ab omnibus, qui cum ipſo ſunt, nomine* IAO, *qui redemit animam ſuam in redemptionem in Chriſto viuente. Deinde acclamant omnes præſentes: Pax omnibus ſuper quos nomen hoc requieſcit. Deinde inungunt initiatum ſucco balſami.* Marcus autem, à quo Marcoſij dicti, Secundo, Epiphani, Ptolomæo ac Valentino ſucceſſit, qui à Gnoſticis originem ducunt, quorum pater Baſilides; quare non mirum, ſi per ſucceſſionem illis traditum IAO.

XX. Frequenter autem in Gemmis cum IAO eſt SABAO, quod & SABAOT ſculptum videor recordari, & ſuprà retuli ſtrictim ex Epiphanio fuiſſe ab hæreticis peruersè vſurpatum. Sed de eo fuſiùs in Nicolaitis idem Auctor: *Atque hinc* (id eſt ex Nicolaitis) *qui falsò appellatam ſcientiam iactant, in mundo exoriri cœperunt, Gnoſtici, inquam, & Phibionitæ, & Epiphanis ſectatores, Stratioticique & Leuitici, & alij plures: vnuſquiſque enim horum ipſorum ſectam ad ſuos affectus trahens, innumeras malitiæ vias excogitauit. Quidam enim ipſorum quamdam Barbelo glorificant, quam ſupernè eſſe dicunt in octauo cælo. Hanc autem à patre productam eſſe aiunt, matrem verò ipſam dicunt eſſe alij Ialdabaoth, alij Sabaoth, filium verò huius dominium obtinuiſſe ſeptimi cæli per audaciam quamdam ac tyrannidem. dixiſſe autem inferioribus: Ego ſum, inquit, primus, & qui poſteà, & præter me non eſt alius. Verùm Barbelo ipſam audiuiſſe ſermonem hunc, ac ploraſſe.* Et infrà: *Alij porrò ex prædictis Ialdabaoth glorificant, dicuntque ipſum eſſe primum filium, velut dixi, Barbelo, & ob id dicunt oportere ipſi dare honorem, quia multa reuelauit, vnde & libros quoſdam in nomine ipſius Ialdabaoth efformantes confingunt, & nomenclaturas infinitas barbaricas Principum ac Poteſtatum in vnoquoque cælo.* Quas voces ad terrorem inuentas ait B. Hieronymus in Catalogo Scriptorum: *Agrippa, cognomento Caſtor, vir valdè doctus, aduerſum viginti quatuor* BASILIDIS *hæretici volumina, quæ in Euangelium confecerat, fortiſſimè diſſerüit, prodens eius vniuerſa myſteria, & prophetas enumerans Barcabam, & Marcob, & ad terrorem audientium alia quædam barbara nomina, & deum eius maximum* ABRAXAS, *qui quaſi annum continens, iuxta Græcorum numerum ſupputetur.* Eodem modo Theodoretus in

hæreſi

hæreſi Marci: *Admiſcent verò & Hebraica nomina, quæ terrorem incutiant ijs qui initiantur.* Qui Theodoretus & de Sabaoth ita meminit in Aſcodrytis: *Anathematiſant autem lauacrum & myſteriorum communionem, vt quæ fiat in nomine* SABAOTH. *Dicunt enim eum in ſeptimo cælo tyrannidem exercere. Principum autem nutrimentum dicunt eſſe animas, & ſine eo non poſſe eos viuere: diabolum verò eſſe filium* SABAOTH, *eſſe autem* SABAOTH *Deum Iudæorum, filium autem, cùm malus ſit, non honorare ipſum, ſed ei in omnibus aduerſari.* Quam autem formam eſſe crederent ipſius Sabaoth, Epiphanius tradit in Hæreſi Gnoſticorum: *Tradunt*, inquit, SABAOTH, *alij aſini formam habere, alij porci; quapropter mandatum eſt, inquiunt, Iudæis, vt porcum non edant.* Mirum quod refert Conſtantinus Geoponicus de duabus hiſce vocibus ΙΑΟ ΣΑΒΑΟΤΗ, quoſdam iis vti ad piſces capiendos.

Non perſequar reliqua deliramenti Abraxei vocabula, licet reperiantur Gemmis ſimul & ſcriptis Patrum expreſſa, cuiuſmodi eſt ΑΔΩΝΕΥΣ, ſuprà mihi ex Epiphanio memoratum, & Angelorum nomina Scripturæ ſacræ familiaria, cum quibus vidi mixta, quæ non reperiuntur in eâ. Nec quidquam dicam aliud de reliquis vocibus quamplurimis, quas Gemmæ quidem proferunt, ſed Veterum libri non habent; facilè enim eſt iudicare ex iis, quas expoſui, reliquas eſſe eiuſdem farinæ; quemadmodum & de characteribus quibuſdam additis idem ſtatuendum, quod de litteris quæ connexæ, ſitu certo, vocem ſimul non edunt, mihi ſuprà dictum. Nam vt confirmem ex Epiphanio in Carpocratianis (qui ſe Gnoſticos appellabant, teſte Irenæo in Carpocrate) quod ſuprà ex Theodoreto monui: *Magia apud ipſos excogitata eſt,* XXI.

incantationesque diuerſas ad omnem machinationem inuenerunt, ad amorem & ad illectamenta: quin & aſſeſſorem dæmonem ſibi ipſis attrahunt ad hoc, vt per multas præſtigias & magnâ poteſtate omnibus dominentur quibus velint, & vnuſquiſque quamcumque actionem aggredi audeat, nimirum ſeipſos decipientes ad perfectionem occæcatæ mentis ipſorum. Vt velarent autem ſua magica, certos eligebant ſingulis imaginibus lapides, vt quaſi naturæ lapidis is quaſi videretur effectus: velut monſtri illius, quod initio deſcripſi, proprius erat iaſpis, vt & ferè ſemper vidi, & teſtatur etiam Vincentius Bellouacenſis in Speculo naturali, qui deſcribit hoc noſtrum monſtrum, & agnitum à Thetel Iudæo ait. Nec alio lapide quàm iaſpide ſerpens ille capite radiato ſculpebatur, aſſerente Galeno, libro de Simplicium medicamentorum facultate nono; cuius verba ideò apponam, vt conſtet, vel Pagano teſte, nihil imagines præſtare, modò virtus naturalis inſit lapidi: *Proprietatem verò,* inquit, *aliqui quibuſdam lapidibus ineſſe teſtantur eiuſmodi, qualem reuerà habet* VIRIDIS IASPIS, *iuuans & ſtomachum, & ventriculi os, ſi alligetur: inſerunt &* ANNVLO *ipſum aliqui, & ſculpunt in eo radios habentem draconem, quemadmodum & rex Nechepſos in* XIII. *libro. Huius quidem lapidis experientiam idoneam habeo, qui & torquem ex eiuſmodi lapillis confeci, & appendi ex collo, ita demiſſum, vt lapides tangerent os ventriculi. Videbantur autem non minùs iuuare, quàm ſi ſculpturam haberent, quam Nechepſos ſcripſit.* Qui locus admonet nos, etiam hos Apiſtopiſtos imagines à Gentilibus deſumptas vſurpaſſe.

XXII. Quòd ſi cogitandum eſt, vt aliquis fructus ex harum Gemmarum inſpectione capiatur, is erit, vt conſideremus ex his etiam lapillis, nec ſolùm lectione Patrum diſcamus,

ſcamus, quantâ vi diabolus Eccleſiam Chriſti nouellam oppugnarit, & ſtuduerit zizania ſuperſeminare. De quâ re Epiphanius Hæreſi Sethianorum: *Verùm hoc totum*, inquit, *propoſitum diabolus hominum animis inſerüit. Videre autem licet, & admirari, quomodo in multis abſurditatibus hominem decepit, & ad iniquitatem diſtraxit, ad ſcortationes, & adulteria, & laſciuias, & ad ſimulacrorum inſanos cultus, & præſtigias, & ſanguinis effuſiones, rapinasque & inſatiabilitates, ludosque & voracitates, & quæcumque eiuſmodi. Numquam verò ante Chriſti aduentum auſus eſt in Dominum ſuum blaſphemum aliquod verbum loqui, aut contra elationem cogitare: expectauit enim Chriſti aduentum, velut dicit: De te ſcriptum eſt, Angelis ſuis mandauit de te, & in manibus portabunt te. Audiuit enim ſemper Prophetas annuntiantes Chriſti aduentum, redemptionem futuram eorum qui peccauerunt, & per Chriſtum pœnitentiam agunt, putauitque ſe miſericordiã aliquam aſſecuturum eſſe. Quando autem miſer ille vidit Chriſtum non ſuſcepiſſe de ſalute ipſius curam, aperto ore contra Dominum blaſphemias euomuit, hominibus opinionem immittens, vt negent quidem quæ ſunt, quæ non verò ſunt quærant.* Theodoretus etiam, Hæreticarum Fabularum libri ſecundi principio: *Cuiuſmodi ramos*, ait, *ediderit amariſſima radix Simonis, & quàm exitiales ij fructus produxerint, in libro primo apertè oſtendimus, fabularum quidem prolixitatem, quàm breuiſſimè fieri potuit, amputatam narrantes, maximas autem blaſphemias dicere formidantes. Ex ſceleratis autem myſterijs, ea quæ erant nimis impia & execranda ſilentio prætermittentes; nos enim peccaturos exiſtimauimus, ſi eos doceremus, qui illa neſciunt: neque enim qui omnino voluptati & libidini ſe mancipar unt, ea quæ illi improbè & ſceleratè audebant, cogitarent, quin tamquam execranda auerſarentur. Hæc autem eorum animis immiſit*

dæmon

dæmon ſceleratiſſimus, cùm aduerſus veritatis præconem bellum ſuſcepiſſet, & aduerſus eos, qui eum ritè colunt, malam per hæc famam & exiſtimationem ſpargere conaretur. Appellationis enim ſocietatem, vt in omnes maledictum caderet, effecturam exiſtimabat: Chriſtiani enim, & execrandorum dogmatum magiſtri, & ij qui erant Euangelicorum Decretorum Prædicatores, nominabantur. Quicumque autem ignorabat differentiam, omnes impios & nefarios exiſtimabat, qui erant vnius appellationis participes. Et hæc auſus eſt improbitatis inuentor & artifex, cùm primùm veritatis Lux exorta eſt, & inſtar radiorum diuinos Apoſtolos in vniuerſum orbem emiſit. Cùm enim adhuc eſſent ſuperſtites, & Simon exortus eſt, & Menander, & alij Simonis diſcipuli, quorum anteà meminimus. In eumdem propè modum Euſebius, Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libro quarto, poſtquam egit de Baſilide & Carpocrate, ait: *His igitur diabolus, qui ex maleficijs capit lætitiam, tamquam ſuæ nequitiæ miniſtris fortè vſus eſt: quo quidem qui Fidem receperant, illorum ſuaſu non ſolùm in fraudem inducti, ad acerbum adeò & miſerabilem interitum quaſi conſtricti abrumperentur; verùm etiam Gentibus, qui erant à Fide alieni, copiam & tamquam anſam præberent ſacroſancto Dei Verbo petulanter impieque obtrectandi: eo planè conſilio, vt fama de flagitioſâ ipſorum vitæ ratione paſſim diſſipata turpem ignominiæ notam vniuerſæ Chriſtianorum multitudini inureret. Vnde certè accidit, vt nefaria quædam opinio de nobis excitata, eaque ab omni ratione alieniſſima, per infidelium animos longè lateque peruaderet.* Videmus ergo à Gemmis hiſce etiam aliquam piæ conſiderationis materiam ſuppeditari. De quibus quod ſentiebam protuli, ſpero non ingratum fore ſtudioſis Antiquitatis.

FINIS.

ABRAXAS PROTEVS,

SEV

GEMMÆ BASILIDIANÆ MVLTIFORMIS PORTENTOSA VARIETAS;

Exhibita, & Commentario illuſtrata à IOANNE CHIFLETIO, Canonico Tornacenſi, PHILIPPO IV. Regi Catholico, & Sereniſſimo Principi IOANNI AVSTRIACO à Sacris Oratorij.

ABRAXAS PROTEVS, SEV GEMMÆ BASILIDIANÆ MVLTIFORMIS PORTENTOSA VARIETAS.

PRÆFATIO.

ABRAXAS Πολύμορφος *vnde? Cui bono, quo fine ſpectandus detur.*

AVCTOR eſt Socrates, Theodoſium Imperatorem, cùm idololatriæ reliquias acerrimorum edictorum ſtylo depaſceret, inſigniores ex Orci Principe manubias exemiſſe, palamque collocari voluiſſe. Quod Alexandriæ Antiſtes Theophilus inſigniter quoque in eâ vrbe feciſſe dicitur. Quippe ex innumeris deorum ſignis, quæ in tripodas aliaque vaſa conflari iuſſerat, vnum reſeruauit omnino turpius ceteris, quod ad poſteritatis memoriam in loco celebri ac propatulo defixit: *Ne Gentilibus*, inquit, *negare vmquam liceat, deos ſe tales aliquando coluiſſe.* Ac de illius hoc facto Gentilibus adeò diſplicuiſſe ſcribit Socrates, vt Ammonius Grammaticus, quo præceptore eſt vſus, dicere ſoleret, malè cum deorum veneratoribus vnâ re hac *Lib. 5. Hiſtor. Eccleſ. c. 16.*

 actum

actum eſſe, quorum ad ludibrium ac dedecus perpetuum id monumentum eſſet erectum. Hanc vtilitatem attulerunt fœdæ illæ dæmonum effigies, quæ in idololatriæ naufragio, velut roſtra quædam nauibus erepta, & in Eccleſiæ foro ſuſpenſa ſunt. Ac tantum abeſt, vt iis publicè conſpectis, fore periculum viri ſapientiſſimi iudicarint; vt contrà vtiliter ſeruari ea, ac palàm erigi ſimulacra putarint, quæ cùm imbecillitatem ſuorum & turpitudinem, tum Chriſti potentiam & gloriam ſtatu ipſo & aſpectu proderent. vti eleganter oſtendit longâ & copioſâ diſputatione Dionyſius Petauius. Eodem conſilio idem nunc agimus; eò nos ducit huius noſtræ ſcriptionis argumentum, in quâ tabulas monſtris deformes, atque ex his librum damus illis perſimilem, Baſilidis ægri ſomnia, Portentoſum Abraxam, duplicem deum, Valentini & Marci hæreticorum vanas ſpecies, Ægyptiorum ἀλογίας, contortiplicata numina, τὰς βδελυρὰς τε, καὶ ἀκαθάρτους τῶν δαιμόνων ἀγέλας, *Abominandos & impuros dæmonum greges*, Grillos, Empuſarum mormones, varias ac ridiculas, quamquam difficiles, Gnoſticorum nugas, qualia denique in Pictoribus ac Poëtis æui ſui deriſit Horatius:

Præfatione in Opera Iuliani.

Cyrillus Alexandrinus in cap. 7. Mich.

Lib. de Arte Poëticâ Gemma α. β. γ.

Humano capiti ceruicem pictor equinam
Iungere ſi velit, & varias inducere plumas,
Vndique collatis membris, vt turpiter atrum
Deſinat in piſcem mulier formoſa ſupernè:
Spectatum admiſſi riſum teneatis amici?
Credite Piſones, iſti tabulæ fore librum
Perſimilem, cuius velut ægri ſomnia, vanæ
Fingentur ſpecies, vt nec pes nec caput vni
Reddatur formæ.

Trici-



α
β
L
T
F
C
γ
δ
ε
ζ

Gemma δ. Tricipitem Solis effigiem graphicè depingit Macrobius, neque multum abludit eius imago ab eâ quam repræſentamus. *Ægypto*, inquit, *adiacens ciuitas, quæ conditorem Alexandrum Macedonem gloriatur*, SERAPIN *atque* ISIN *cultu pænè attonitæ venerationis obſeruat: omnem tamen illam venerationem* SOLI *ſe ſub illius nomine teſtatur impendere, vel dum calathum capiti eius inſigunt; vel dum ſimulacro ſignum* TRICIPITIS ANIMANTIS *adiungunt, quod exprimit* MEDIO, *eodemque* MAXIMO *capite*, LEONIS *effigiem: dextrâ parte caput* CANIS *exoritur, manſuetâ ſpecie blandientis. pars verò læua ceruicis rapacis* LVPI *capite finitur: easque formas animalium* DRACO *connectit* VOLVMINE SVO, *capite redeunte ad dei dexteram, quâ conſpicitur monſtrum.*

Lib. 1. Saturnal.

Gemma ϛ. Gigantes illos, qui aduerſus Iouem pugnarunt, ſerpentes pro pedibus habuiſſe finxit Antiquitas,

Ouid. l. 4. Triſtium Eleg. 6.

Sphingaque, & Harpyas, SERPENTIPEDESque GIGANTES.

M. Aurel. Seuerinus de Viperâ c. 1. §. 1.

Non ſine remotiore ſenſu, vt dijs inſultantium miſerabilem inſolentiam deriderent, auguſtiſſimam in his humanam formam turpiter in angues deſinentem ſunt commenti. Quo certè ſpectaculo nihil incongruentius aut indecentius, nihil abſurdius dici queat. Macrobius: GIGANTES *quid aliud fuiſſe credendum eſt, quàm hominum quamdam impiam gentem, deos negantem, & ideò exiſtimatam deos pellere de cæleſti ſede voluiſſe? Horum pedes in* DRACONVM VOLVMINA *deſinebant; quod ſignificat nihil eos rectum, nihil ſuperum cogitaſſe, totius vitæ eorum greſſu atque progreſſu in inferiora mergente. Ab hac gente* SOL *pœnas debitas vi peſtiferi caloris exegit.* Cuius virtutem, quamquam turpi victoriâ, æmulatus Commodus Imperaior,

Lib. 1. Saturnal.

rator, *debiles pedibus, & eos, qui ambulare non poſſent, in* GIGANTVM *modum formauit, ita vt à genibus, de pannis & linteis* QVASI DRACONES *digererentur, eoſdemque ſagittis confecit.* Epiphanius aduerſus Gnoſticos: *Ex ſuperſtitioſis Gentilium opinionibus, conformatis ad inſtitutum ſuum nugis illis ac fabulis, veritati mendacium admiſcent, vt quæ à Gentilibus concinnata ſunt,* BARBARIS VOCIBVS *diſſimulantes, circumuentis à ſe hominibus faciliùs illudant.* Ex his igitur, & ſimilibus imaginibus, monſtra Baſilidianorum ferè compoſita: *Ab hac radice,* inquit Pignorius, *pullularunt magorum ſomnia, Manichæorum commenta, incantatorum præſtigiæ, Gnoſticorum & Marcioniſtarum deliria, qui duo principia aſſeruerunt.* Sed Irenæus de Baſilidianis diſertè: *Vtuntur &* IMAGINIBVS *&* INCANTATIONIBVS, *& reliqua vniuerſa parerga:* NOMINA *quoque quædam affingentes.* Ipſius verò Baſilidis ſcitum illud ab eodem Irenæo traditum: TV OMNES COGNOSCE, TE AVTEM NEMO COGNOSCAT. Quo veluti Arcanorum ſuorum principio ductus, ita ſua omnia gryphis atque ænigmatibus implicuit, vt ne de nomine quidem Portentoſi Abraxæ ſatis conſtet inter doctos. Ioſephus Scaliger Hebraicum eſſe cenſuit, vbi Gemmam merè Baſilidianam habet pro Taliſmate Arabico, & מָגֵן דָוִד *Maghen Dauid,* ſeu *Clypeum Dauidis* eſſe dicit. Doctiſſimus Wendelinus noſter τὸ ΑΒΡΑCΑΞ ex Hebræo Græcoque compoſuit, & ſenſum elicuit, pium illum quidem, ſed nimis pium, nimis Chriſtianum, altioriſque ſapientiæ, quàm vt in maleuolas illas Gnoſticorum animas introiret. Itaque in eiuſmodi nodis exſoluendis, præmiſsæ Macarij diſquiſitioni, quæ Patrum auctoritate nititur, inhærendum duxi; eique adeò illu-

Apud Lampridium, & Zonarã.

Hæreſi 26.

In Expoſitione Menſæ Iſiacæ.

L. 1. c. 23.

In Opuſculis.

ſtrandæ multiformes Gemmas Baſilidianas exhibendas, eo fine, quem ſibi propoſuerat Eminentiſſimus Annalium Scriptor Baronius; vt nempe ex his perſpicuè, lector, ſeu ſpectator, videas, *quàm longè diſpares ſint Baſilidis, quæ ab Irenæo damnantur, imagines, ab illis, quibus Chriſtiani Catholici religioſè pieque vti ſolerent: vnde & recentiorum Iconoclaſtarum, hæc in nos tum imperitiâ, tum dolo malo obiectantium, habeas calumniam exploratam, atque pariter confutatam.* Irenæus ipſe, Præfatione in libros aduerſus Hæreſes Valentini, ſimiliumque, quos Baſilidiani habuere ſucceſſores: NECESSARIVM *duxi, cùm legerim Commentarios ipſorum, manifeſtare tibi, dilectiſſime,* PORTENTOSISSIMA MYSTERIA *eorum, quæ non omnes capiunt, quia non omnes cerebrum habent; vt & tu cognoſcens ea, omnibus iis, qui ſunt tecum, manifeſta facias, & præcipias eis obſeruare ſe à profundo inſenſationis, & eius, quæ eſt in Deum blaſphemationis.*

Tom. 2. Anno Christi 120. n. 17

Gemmas Baſilidianorum multiformes, PROTEVM inſcripſi,

Ouidius l. 8. Metam.

Seu *quibus in* PLVRES *ius ſit tranſire* FIGVRAS,
Vt tibi complexi terram maris incola PROTEV.
Nam modò te IVVENEM, *modò te vidêre* LEONEM:
Nunc violentus APER, *nunc quem tetigiſſe timerent*
ANGVIS *eras: modò te faciebant cornua* TAVRVM:
Sæpè LAPIS *poteras,* ARBOR *quoque ſæpè videri.*
Interdum faciem liquidarum imitatus aquarum
FLVMEN *eras; interdum* VNDIS *contrarius* IGNIS.

Ita Baſilidianis, generi hæreticorum multiformi, egomet fuiſſe arbitror matrem Circen, Proteum patrem; cùm ſinguli quoque ex ſemetipſis totidem deos facerent, imò animalia pro diis haberent, nec vnius tantùm belluæ

luæ ſimilitudinem ferrent in annulis, qui multarum ſimiles eſſent in moribus.

Monet Apoſtolus, *Quæ apud ipſos fiunt* (vtique Gnoſticos) *turpe eſſe etiam dicere*. Neque adeò eorum Amuleta tam ſtudioſè conquiſiuiſſem, niſi Baſilidis impura ſacra, licet valdè pudenda, non erubuiſſet tamen effari D. Epiphanius, & ex eo Baronius; quibus oſtenderet illum fuiſſe magiſtrum luxuriæ, turpiſſimorumque complexuum. Epiphanium ipſum adi, ſi lubet, qui hanc cœnoſi dogmatis paludem ingreſſurus: *Timeo*, inquit, *ne fortè magnum hoc venenum totum reuelem, veluti cuiuſdam* BASILISCI SERPENTIS FACIEM, *ad perniciem magis legentium, quàm ad correctionem.* Reuelauit tamen, & papauerum capita non aliter decuti poſſe cenſuit, quàm ſi eminerent; collegit, vt in ignem mitteret zizania, quibus Euangelij primam ſegetem vitiauit princeps tenebrarum. *Epheſ. 5.* *Hæreſi 26*

Gemmas eiuſmodi Gnoſticas ſeu Valentini, ſeu Baſilidis, exſertè deſignat Irenæus vbi ait: *Quomodo ſi quis regis imaginem benè fabricatam diligenter ex* GEMMIS PRETIOSIS *à ſapiente artifice, ſoluens ſubiacentem hominis figuram, transferat* GEMMAS *illas, & reformans faciat ex illis* FORMAM CANIS, *vel* VVLPECVLÆ, *&* *hanc* MALE DISPOSITAM; *dehinc conformet, & dicat hanc eſſe regis illam imaginem bonam, quam ſapiens artifex fabricauit, oſtendens* GEMMAS, *quæ benè quidem à primo artifice in regis imaginem compoſitæ erant, malè verò à poſteriore in* CANIS FIGVRAM *tranſlatæ ſunt; & per* GEMMARVM PHANTASIAM *decipiat idiotas, qui comprehenſionem regalis formæ non habeant, & ſuadeat, quoniam hæc* TVRPIS VVLPECVLÆ *figura illa eſt bona regis imago. Eodem modo & hi* ANICVLARVM FABVLAS *aſſumentes,*

 poſt

pòſt deinde ſermones, & dictiones, & parabolas hinc inde afferentes, aptare volunt FABVLIS SVIS *eloquia Dei.*

Vnde verò eorum myſteria tam variè expreſſa in Gemmis? Primùm quidem, quòd ijſdem vt Amuletis vterentur, quæ paſſim ſugillans Plinius, magorum tribuit vanitati, quòd *plurima de* GEMMIS *prodiderint, Medicinæ ſpecies ex his blando prodigio tranſgreſſi.* Deinde vt hoc pacto Gentiles imitarentur, qui palis annulorum geſtare conſueuerant

L. 37. c. 3

Faunos, Priapos, fiſtularum Præſides,
Nymphas natantes, incolaſque aquatiles
Sitas ſub ipſo, more ranarum, lacu.

Prudentius Peri ſtephan. Hymno 10.

Cuiuſmodi Gemmas hodieque in Antiquariorum abacis videre eſt tantâ copiâ, vt infinitam propemodum nummorum veterum vim exæquent. Præiuerant Baſilidianis, etiam in hoc cultu, hæretici, qui Simonem Magum ſecuti, *Habebant eius* IMAGINEM *factam ad figuram* IOVIS *&* SELENÆ, impuriſſimi ſcorti, *in figuram* MINERVÆ, *& has adorabant.* Hinc & Gnoſtici Carpocratiani: IMAGINES *quaſdam depictas, quaſdam autem & de reliquâ materiâ fabricatas habebant, ad eaſque Gentilium ritus inſtituebant.* Ita tamen vt ſingularem Myſtis indicerent taciturnitatem, IESVM *dicentes in myſterio diſcipulis ſuis & Apoſtolis ſeorſim locutum, & illos expoſtulaſſe, vt dignis & aſſentientibus ſeorſim hæc traderent.* Vnde & arcana ſua vni ſecreto aurium committentes, *cauteriabant ſuos diſcipulos in ſuperioribus partibus dextræ* AVRIS. Sic Porphyrius vehementer expoſtulat, vti ne quis ea, quæ dicturus eſt, in vulgus enuntiet: *Tu*, inquit, *caue ſi quidquam aliud, ne res iſtas palàm retuleris.* Et nonnullis interiectis: *Vide ſis, vt arcanis ipſis arcana magis & occulta habeas, propterea quòd nihil*

Irenæus l. 1. c. 20.

Ibid. c. 24

Apud Euſebiũ lib. 4. de Præpar. cap. 8.

nihil de ſe dij planum atque perſpicuum, ſed obſcura omnia ſuis oraculis effati ſunt. Huius ſilentij cauſa erat, quòd hæc vel turpia vel crudelia eſſent, qualia Gnoſticorum ſacra, in quibus promiſcui concubitus, & barbaro feroque ritu hominem occidere religioſiſſimum, mandi verò etiam ſaluberrimum. *Sequitur* SILENTII OFFICIVM, inquit Tertullianus aduerſus Valentinianos, *quòd tacent,* PVDOR EST. *Nihil magis curant, quàm occultare quod prædicant; ſi tamen prædicant, qui occultant.* Idem eodem libro: *Quod tanto impendio abſconditur, etiam ſolummodò demonſtrare, deſtruere eſt.*

Pignorius in Expoſit. Menſæ Iſiacæ.

In Gemmarum Inſcriptionibus magica plerumque ineſt obſcuritas, atque affectata barbaries, nec alibi diuinationum aut coniecturarum impunitas maior. Sunt hæc [α] D. Hieronymo, *Tormenta quædam verborum:* [β] Clementi Alexandrino, Ἐφέσια γράμματα· [γ] Apuleio, *Litteræ ignorabiles, apices tortuoſi:* [δ] Luciano & [ε] Porphyrio, Βαρβαρικά τινα, καὶ ἄσημα ὀνόματα· *Barbarica quædam, & nihil ſignificantia nomina;* ſeu magorum incantationes, qui [ζ] *verbis vti ſolent, nulli genti vſitatis, & nihil ſignificantibus; ſtultitiâque hac alijs eunt perſuaſum, verba iſta prodeſſe.* Ita Baſilidiani maiorem vim tribuentes vocibus barbaris, nec intellectis, ipſas etiam cognitas corrumpebant. vt cum IMXHAA ſcribebant, ἀντὶ τοῦ MIXAHA, & AIΩ, ΩAI, IΩA, vice τοῦ IAΩ: IEOVΩH, pro IEHOVA· ΔOΩNAI pro AΔΩNAI, &, quod magorum etiam eſt [η], τὰς αὐτὰς φωνὰς φθεγγόμενοι πολλάκις; *eaſdem voces ſæpiùs frequentando* KPAMMA, KPAMMA; ita demum ſe aliquid effecturos putabant. [θ] Irenæus: *Reliqui, qui falſo nomine* GNOSTICI *dicuntur, Prophetas ex diuerſis dijs prophetias feciſſe dicunt. Diuersè dictiones poſitas in ſcriptu-*

α In Vitâ Hilarionis.
β Lib. 1. Stromatum.
γ Lib. 11. Metam.
δ In Necricis.
ε Apud Euſebiũ lib. 4. de Præpar.
ζ R. Moſes Maimonides de Idololatriâ.
η. Ariſtides de Concord. Rhod.
θ. Lib. 2. c. 67.

ris opponunt, quale eſt SABAOTH, *&* ELOÆ, *&* ADONAI, *& alia quæcumque ſunt talia; ex iis oſtendere laborantes* DIVERSAS VIRTVTES *atque* DEOS. Quin & recentiores magi adeò inepti fuerunt, vt τὸ AIO, quod nihil eſt aliud quàm IAO, ad Pauonis vocem referre non dubitauerint. Membraneus codex ex bibliothecâ Sereniſſimæ CHRISTINÆ Reginę: *Thaitis ſi ſculptum habuerit* PAVONEM *tenentem marinum turturem piſcem, & ſub ſe, ipſo lapide, habuerit* PAVONIS VOCEM *ſcilicet* AIO, *ſupponatur ei radix trifolij. Eſt enim hoc magnum & admirabile, geſtatum ad victoriam, pacem & ſtabilitatem.* IAO enim, cùm per o paruum corripitur, *eum qui dat* FVGAM MALORVM *ſignificat.* Sed Macarius eiuſmodi næniis interpretandis operam abuti noluit, quam fruſtrà dari cenſuit Scaliger. Pignorius ſatius duxit ignorationem fateri, quàm erudito Lectori faſtidio eſſe. In iiſdem Inſcriptionibus & Gemmis Baronius agnouit quædam remanere prorſus obſcura, quòd non omnia ſecreta Baſilidis Catholicis innotuerint. Petauius appellat VOCVM PRODIGIA, *in quibus conflictari neque otium neque operæ pretium ſit.* Quis poſt tales viros quidquam in his ſibi præterea quærendum putet, aut id ſe explicaturum polliceri audeat, quod eorum nemo intellexerit? Pleraſque eiuſmodi inſcriptionum Ægyptiacas eſſe contendit Salmaſius, eaſque fermè omnes, quæ Græcis characteribus ſcriptæ inueniuntur. *Quia*, inquit, *Ægyptij poſt dominationem Macedonum Alphabetum Græcum receperunt integrum, cui & de ſuo antiquo adiunxere ſeptem litteras, ideò retentas, vt voces exprimerent propriæ dialecti, quibus pronuntiandis & ſcribendis, Græcarum litterarum characteres non ſufficiebant. Earum quaſi Hebraicæ eſſent, non meliùs ſucceſſit interpretatio viris doctis, quàm Æonum Valentini appellationes*

ex

Lib. 3. de Sculpturis & virtutibus lapidum.

Irenæus l. 2. c. 67.

In Epiphanium hæreſi 34.

Lib. de Annis Climacter.

ex eodem Hebraico per vim arceſſitæ. Omnia enim illa vocabula merè Ægyptiaca ſunt. Quibus poſtmodum comperi R.P. Athanaſium Kircherum attuliſſe aliquid lucis eo in Opere, quo verè Oedipus Chriſtianus Sphingem Ægyptiacam docilem reddidit, ad feritatis obliuionem. Et verò fatendum eſt, neque ego inficior, quod alieno periculo didici, multos poſſe fingi harum Inſcriptionum ſenſus ab vno aliquo, qui imaginatione & meditatione valeat; ſed tanti non duco diuinationes quaſdam Lectori oggerere, vt tempus tam malè velim perdere, memor moniti Tertullianei, vbi de Marcoſianis: *Computant*, inquit, *ogdoadas & decadas, ita vt efferre illorum omnes vanitates ineptum ſit, & otioſum; quod tamen non tantùm iam vanum, ſed etiam periculoſum ſit.* Characteres ſiquidem aliquando in aceruum congeſti, è quibus ne ſyllabam quidem vnam conficias; numerales ſæpè litteræ, quas mittere in digitos pænè dementis otij ſit, vel importunæ vt minimùm ſubtilitatis, quæ temperata, grata eſt, immodica offendit. Incomperta ferè hæc & inextricabilia, nec aliter prodenda, quàm ab ipſis Patribus ſunt prodita. At *Latini Scriptores* (Salmaſij verba ſunt) ABRAXAM *cum vitio vocant, vt Tertullianus & alij; ſed Græci* ΑΒΡΑCΑΞ. *atque ita legitur in Gemmis & Annulis Antiquariorum Taliſmanicis. Totidem quidem litteris conſtat* Ἀβραξὰς, *&* Ἀβρασάξ, *quæ eum efficiunt numerum, quem annus habet abſolutus* CCC. LXV. *ſed Abraxas Græcanicæ eſt terminationis, Abraſax Ægyptiacæ.* Quam ille vitio non carere putat appellationem, ſine noxâ cum Macario vſurpo. Quid enim mali, ſi cum antiquiſſimis Scriptoribus Græcanicam terminationem Ægyptiacæ anteponamus? præſertim vbi

Lib. de Præſcriptionib. cap. 5.

Lib. de Annis Climacter.

vtrique totidem inſunt litteræ, idem numerus conſtat. Non hoc profectò mihi vitio dari velim, vti nec ſi, quæ ex Patrum variâ lectione mutuabor, ijſdem fermè verbis, quibus ab ipſis enarrata ſunt, explicabo. Quia *præſens opus*, vti Macrobius in ſimili argumento, *non eloquentiæ oſtentationem, ſed noſcendorum congeriem pollicetur.* Noſcendorum, inquam; cùm primus ſit ſapientiæ gradus, falſa intellexiſſe; cuiuſmodi ſunt ea, quæ repræſentatum eo, ſolis, vt ita dicam, decorata mendaciis. Aiunt decentiorem eſſe faciem, in quâ aliquis næuus inſit: liber hic noſter quantus quantus eſt, totus næuus eſt. Ac ſi fortaſſe alicui videbitur leuior diligentia, quam in iſtis affanijs exquirendis, & nugis hæreticorum propalandis adhibui; leui argumento paſſim addam & aliud leue, ſi fortè quæ ſingula parum habent ponderis, coniuncta ac conglobata aliquid acquirant ad lancem deprimendam. quamquam huic vappæ hederam non appendo, quâ vendibilior fiat; nec tantum mihi in meâ placeo merce, quin præmoneam iterùm iterumque, Baſilidianorum dogma theſaurum eſſe malorum, in quo monſtra pro ſchemate, voces abſonæ & inconditæ pro pompâ ſermonum, clandeſtinæ artes, & remotæ à politiore litteraturâ diſciplinæ; de quibus diſſerenti, vt facilè obrepit error, ita nec curanda gloria, quæ ex grauioribus petenda eſt. Atque vt iſta deeſſent, nobis non licet eſſe tam accuratis ſcriptoribus, tam diſertis, neque etiam occupari verborum floribus, quos ad gemitus & preces euocat clamor officij. Irenæus ſcripturus aduerſus Gnoſticos: *Non exquires*, inquit, *à nobis, qui apud Celtas commoramur, & in barbarum ſermonem plerumque auocamur, orationis artem, quam non didicimus; neque vim*

L. 1. Saturnal.

con-

conſcriptionis, *quam non affectauimus; neque ornamentum verborum*, *neque ſuadelam*, *quam neſcimus*. Si hanc ſibi veniam dari poſtulat Epiſcopus Lugdunenſis, magnus ille pacis Eccleſiaſticæ vindex, & à Tertulliano appellatus *omnium doctrinarum curioſiſſimus explorator*, eamdem tenuitatis meæ conſcius potiori profectò iure, imò à lectoribus meis vltrò expectem. Sed iam varias inducere formas aggredior, *L. contra Valentinianos, cap. 5.*

Ac ſi quid vſquam eſt VANITATIS MYSTICÆ,
DEOS LATINOS, *&* DEOS ÆGYPTIOS,
Queis ROMA *litat, queis* CANOPVS *ſupplicat.* *Prudentius Peri ſtephan. Hymn. 10.*

Quod vbi præſtitero, oſtendam porrò, non iniuriâ ſcriptum eſſe à Macario, hunc ABRAXAM fuiſſe inſtar equi Troiani, omnemque deorum familiam complexum, ſeu Ægyptij fuerint, ſeu Græci, Latini, ac Perſici.

Tantos eſſe DEOS BASILIDES *credere iuſſit,*
Quantos & dies annus habet, tot denique mundos. *Tertullianus aduerſ. Marcionem l. 1. cap. 7.*

Sequuntur Tabulæ XXVIII.
in quibus Gemmæ C.XX.

ELEN-

TABVLA.I.



TABVLA. II.



TABVLA III.




TABVLA IV.

15.



16.




17.



18.




TABVLA V.




TABVLA VI.

24.



25.




26.



27.



TABVLA VII.




TABVLA VIII.




31.
C
A
M
A
32.
MAVI
33.
KOMBOYP
ΦΡΙΜΝΥ
ЄΜЄϹΙЄ
ΜЄΘΙ
34.
ΓΙΓΑΝ
ΤΟΡΗ
ΚΤΑ


TABVLA IX.


35.
COYMAP
TAABΛANA
ΘANAΛBAA
KPAMAXA
MAPL
36.
37.
38.
ΓΕ
ΜΕC
ΕΙΛΑ
ΜΨ

TABVLA X.




TABVLA XI.




TABVLA XII.




TABVLA. XIII.




TABVLA XIV.



TABVLA XV.




TABVLA XVI.



TABVLA XVII.


69.




70.



TABVLA XVIII.



TABVLA XIX.




TABVLA XX.

79.



80.




81.




82.




83.




TABVLA XXI.



TABVLA XXII.




TABVLA XXIII.



TABVLA XXIV.



TABVLA XXV.



TABVLA XXVI.



TABVLA XXVII.

112.



113.



114.



115.




116.



117.



TABVLA XXVIII.



ELENCHVS GEMMARVM,

In quo cuiuſque, quoad fieri potuit, expreſſa ſpecies, & nomina eorum, qui vel eas apud ſe habuere aliquando, vel hodieque poſſident.

TABVLA I.

Gemmæ.	*Ex collectione,*
1. MAgnes	*IO. Michaëlis Riti.*
2. Onyx	*Petri Antonij Raſcaſij Bagarrij.*
3. Onyx	*Abrahami Gorlæi.*
4. Heliotropium	*Io. Michaëlis Riti.*
5. Heliotropium	*Eiuſdem.*

TABVLA II.

6. Sarda	*Abrahami Gorlæi.*
7. Heliotropium	*Eiuſdem.*
8. Achates	*Antonij le Pois.*
9. Iaſpis	*Thomæ le Cointe.*
10. Iaſpis	*Eiuſdem.*
11. Heliotropium	*Io. Michaëlis Riti.*

TABVLA III.

12. Magnes	*Thomæ Pagij.*
13. Heliotropium	*Ioannis Schinkelij.*
14. Ectypum	*Laurentij Pignorij.*

TABVLA IV.

15. Ectypum	*Laurentij Pignorij.*
16. Ectypum	*Eiuſdem.*
17. Heliotropium	*Alberti Rubenij.*
18. Onyx.	*Antonij le Pois.*

TABVLA V.

19. Ectypum	*Io. Georgij Hervvartij.*
20. Onyx	*Io. Michaëlis Riti.*
21. Onyx	*Io. Iacobi Chiſletij.*
22. Onyx.	*Abrahami Gorlæi.*
23. Achates.	*Eiuſdem.*

TABVLA VI.

24. Magnes	*Sereniſſimi Archid.* LEOPOLDI GVIL.
25. Magnes	*Philippi Chiſletij.*
26. Ectypum	*Laurentij Pignorij.*
27. Ectypum	*Ioannis Schinkelij.*

TABVLA VII.

28. Heliotropium	*Sereniſſimi Archid.* LEOPOLDI GVIL.
29. Amethyſtus	*Fuluij Vrſini.*
30. Ectypum.	*Laurentij Pignorij.*

TABVLA VIII.

31. Ectypum	*Othonis Zylij.*
32. Sarda	*Io. Michaëlis Riti.*
33. Magnes	*Alberti Rubenij.*
34. Ectypum	*Laurentij Pignorij.*

TABVLA IX.

35. Heliotropium	*Philippi Chiſletij.*
36. Achates	*Thomæ Pagij.*
37. Iaſpis	*Thomæ le Cointe.*
38. Magnes	*Thomæ Pagij.*

TABVLA X.

39. Ectypum	*Laurentij Pignorij.*
40. Ectypum	*Eiuſdem.*
41. Ectypum.	*Eiuſdem.*

TABVLA XI.

42. Onyx	*Petri Antonij Raſcaſij Bagarrij.*
43. Ectypum	*Io. Georgij Hervvartij.*
44. Ectypum	*Eiuſdem.*
45. Sarda	*Sereniſſimi Archid.* LEOPOLDI GVIL.

TABVLA XII.

46. Ectypum	*Io. Georgij Hervvartij.*
47. Calcedonius	*Philippi Chifletij.*
48. Ectypum	*Laurentij Pignorij.*
49. Ectypum	*Eiuſdem.*

TABVLA XIII.

50. Ectypum	*Laurentij Pignorij.*
51. Ectypum	*Eiuſdem.*
52. Cyaneus	*Sereniſſimi Archid.* LEOPOLDI GVIL.
53. Magnes	*Alberti Rubenij.*
54. Ectypum	*Petri Stephanonij.*
55. Ectypum	*Laurentij Pignorij.*

TABVLA XIV.

56. Ectypum	*Laurentij Pignorij.*
57. Magnes	*Philippi Chifletij.*
58. Ectypum	*Io. Georgij Hervvartij.*
59. Magnes	*Sereniſſimi Archid.* LEOPOLDI GVIL.
60. Calcedonius	*Philippi Chifletij.*

TABVLA XV.

61. Ectypum	*Laurentij Pignorij.*
62. Ectypum	*Ioannis Schinkelij.*
63. Achates	*Abrahami Gorlæi.*
64. Sarda	*Thomæ le Cointe.*

TABVLA XVI.

65. Sarda	*Ioannis Schinkelij.*
66. Sarda	*Eiuſdem.*
67. Sarda	*Franciſci de Moncada, Aytonæ Marchionis.*
68. Sarda	*Io. Iacobi Chifletij.*

TABVLA XVII.

69. Calcedonius	*Sereniſſimi Archid.* LEOPOLDI GVIL.
70. Onyx	*Alberti Rubenij.*

TABVLA XVIII.

71. Iaſpis	*Ioannis Schinkelij.*
72. Ectypum	*Claudij Salmaſij.*
73. Ectypum	*Io. Iacobi Chifletij.*
74. Ectypum	*Laurentij Pignorij.*
75. Calcedonius	*Io. Baptiſtæ Bonartij.*

TABVLA XIX.

76. Ectypum	*Claudij Salmaſij.*
77. Ectypum	*Ioannis Schinkelij.*
78. Heliotropium	*Io. Iacobi Chifletij.*

TABVLA XX.

79. Sarda	*Abrahami Gorlæi.*
80. Sarda	*Eiuſdem.*
81. Cyaneus	*Eiuſdem.*
82. Iaſpis	*Thomæ le Cointe.*
83. Achates	*Eiuſdem.*

TABVLA XXI.

84. Iaſpis	*Thomæ le Cointe.*
85. Cryſtallus	*Eiuſdem.*
86. Iaſpis	*Eiuſdem.*
87. Sarda	*Eiuſdem.*
88. Heliotropium	*Eiuſdem.*

TABVLA XXII.

89. Iaſpis	*Io. Michaëlis Riti.*
90. Ectypum	*Io. Iacobi Chifletij.*
91. Heliotropium	*Sereniſſimi Archid.* LEOPOLDI GVIL.
92. Sarda	*Philippi Chifletij.*
93. Ectypum	*Io. Georgij Hervvartij.*

TABVLA XXIII.

94. Heliotropium	*Thomæ le Cointe*
95. Ectypum	*Laurentij Pignorij.*
96. Ectypum	*Eiuſdem.*
97. Iaſpis	*Thomæ leCointe.*

TABVLA XXIV.

98. Ectypum	*Laurentij Pignorij.*
99. Onyx	*Abrahami Gorlæi.*
100. Sarda	*Io. Michaëlis Riti.*
101. Sarda	*Eiuſdem.*
102. Achates	*Philippi Chiſletij.*

TABVLA XXV.

103. Heliotropium.	*Paſchaſij Franciſci Crucij.*
104. Achates	*Guilielmi Hovvart, Comitis Staffordij Arundelliani.*
105. Sarda	*Ioannis Michaëlis Riti.*

TABVLA XXVI.

106. Sarda	*Abrahami Gorlæi.*
107. Sarda	*Sereniſſimi Archid.* LEOPOLDI GVIL.
108. Sarda	*Eiuſdem Sereniſſimi.*
109. Achates	*Abrahami Gorlæi.*
110. Calcedonius	*Philippi Chifletij.*
111. Smaragdus	*Eiuſdem.*

TABVLA XXVII.

112. Onyx	*Philippi Chifletij.*
113. Ectypum	*Laurentij Pignorij.*
114. Smaragdus	*Philippi Chifletij.*
115. Iaſpis	*Thomæ le Cointe.*
116. Vitrum antiquum	*Philippi Chifletij.*
117. Iaſpis	*Eiuſdem.*

TABVLA XXVIII.

118. Achates	*Sereniſsimi Archid.* LEOPOLDI GVIL.
119. Calcedonius	*Eiuſdem Sereniſsimi.*
120. Achates	*Eiuſdem Sereniſsimi.*

In Præfatione TABVLA *vnica, in quâ Chimeræ Horatianæ, Solis imago triceps, & Gigantes.*

α. Sarda	*Sereniſsimi Archid.* LEOPOLDI GVIL.
β. Sarda	*Abrahami Gorlæi.*
γ. Achates	*Antonij le Pois.*
δ. Cyaneus	*Abrahami Gorlæi.*
ε. Onyx	*Sereniſsimi Archid.* LEOPOLDI GVIL.
ζ. Sarda	*Eiuſdem Sereniſsimi.*

Gemmas omnes, ſiue earum Ectypa, accuratè expreſſit, ac delineauit vir ingenioſus, mihique amiciſſimus, Iacobus VVerdius, rei caſtrenſis peritiſſimus Architectus, & Regij corporis cuſtos emeritus, ex eâ Equitum turmâ, quos Sagittarios vocant.

COM-

COMMENTARIVS
IN
TABVLAS
ABRAXEAS,
SIVE
SOLES BASILIDIANOS;

AVCTORE

IOANNE CHIFLETIO,

CANONICO TORNACENSI.

CAPVT I.

TABVLA I. II. III.

ABRAXAS Μίθρας, Ἥλιος, *Gallinaceus.*

FRVSTRA quæſiti SOLES à Baſilide, dum
exorientis Euangelij aduerſos intueri radios noluit,

——dum SOLOS *credit habendos* *Iuuenal.*
Eſſe DEOS, *quos ipſe colit.* *Satyr.* 15

Præcipitandus è nido cum ſuis pullis
velut adulterinus ac degener. Fruſtrà ſe SOLIS amicam
iactet noctua, de quâ D. Ambroſius: *Eſt,* inquit, *iſtud* *Serm.*45.
*animal, hæreticorum figura, atque Gentilium, qui tenebras
amplectuntur diaboli, lucem Saluatoris horreſcunt, & grandibus
diſputationum oculis cernunt vana, non reſpiciunt ſempiterna.
De his ait Dominus: Oculos habent, & non videbunt;
in tenebris ambulant. Sunt enim acuti ad ſuperſtitioſa,
hebetes ad Diuina; qui dum putant ſubtilibus euolare ſermonibus,
tamquam noctuæ veri Luminis ſplendore turbantur.*

Inter eos tenebriones, qui nocturnum opus aggreſſi tunicam
Chriſti inconſutilem conſciderunt, quique *ex Euangelio
hæretici eſſe voluerunt,* vt loquitur Tertullianus, pri- *Lib. de*
mus omnium erupit Simon Magus: poſt hunc Menander, *Præſcription.*
à quo *virus quoddam erroris ſubdolum & biceps, inſtar ſer-* *cap.* 46.
pentis cuiuſdam quaſi ex peſtifero fonte erumpens, duos dua- *Euſebius*
rum ſectarum, inter ſe diſcrepantium, auctores ac duces edi- *l.* 4. *Hiſt.* *cap.* 7.
dit, Saturnilum genere Antiochenum, & BASILIDEM *Ale-* *Niceph.*
xandrinum: quorum ille in Syriâ, hic verò in Ægypto, *l.* 4. *c.* 2.

ſcholas errorum, Deo & pietati repugnantium inſtituit. Saturnilum autem, magnâ ex parte eadem cum Menandro falsò confinxiſſe declarat Irenæus: BASILIDEM *verò ſecretiorum ſimulatione, dum ſibi ipſi* PORTENTOSAS FABVLAS, *easque pleniſſimas impij erroris comminiſcebatur, conatus ſuos in immenſum intendiſſe.*

Eius præcipuum idolum ABRAXAS, qui idem ac MITHRAS ſiue HELIOS, teſte D. Hieronymo; Lunæ ſorori modò adblandiens, modò alatus, & equo inſidens, ob velocem & celerem in cuncta diſcurſum: *Ægyptij*, inquit Macrobius, *ipſius* SOLIS *ſimulacra* PENNATA *fingunt:* nunc qualis apud eumdem Macrobium, & in Nummis Heliogabali, *Specie imberbi, dextrâ eleuatâ cum flagro in aurigæ modum.* Prudentius:

Lib. 1. *Commentar. in Amos.* *Gemma* 1. & 2. *L.* 1. *Saturnal.* *Gemma* 3. 4. & 5.

Hoc SIDVS *currum rapidasque agitare quadrigas*
Commenti, & CAPITIS RADIOS, & VERBERA *dextræ.*

Plinius lib. 10. *Nat. hiſt. cap.* 21.

Vtque imperitat ſuo generi gallinaceus, & regnum in quacumque ſit domo exercet; eam gloriam Baſilides cùm affectaret, & corruptor Chriſtianæ Religionis, aut potiùs deſertor, ad Mithræ ac Solis ſacra tranſiſſet, eorumdem quoque ſacrorum ſymbola in Gemmis frequenter vſurpauit: gallum in primis, venturæ lucis prænuntium, quem excitandis in opera mortalibus rumpendoque ſomno natura genuit. Pauſanias in Eliacorum priore: GALLINACEVM SOLI SACRAM AVEM *celebrant, quòd cantu* SOLIS *reditum nuntiet.* Nouit ſiquidem ſidera; cum Sole it cubitum, nec eius ortum incautis patitur obrepere; diemque venientem nuntiat cantu, ipſum verò cantum plauſu laterum: cælum denique ſola volucrum adſpicit crebrò.

Quin & de Ιάω, voce frequentiſſimâ in Abraxis, Gnoſtici

ſtici ipſi apud Epiphanium: *In ſupremo*, inquiunt, *orbe reſidet* Ἰάω. Et apud Macrobium conſultus Apollo Clarius, quis deorum habendus eſſet, qui vocatur Ἰάω; ita effatus eſt:

Φράζεο τὸν πάντων ὕπατον θεὸν ἔμμεν Ἰάω, *L. 1. Saturnal.*
Χείματι μέν τ' Ἀΐδην, Δία δ' εἴαρος ἀρχομένοιο,
Ἠέλιον δὲ θέρευς, μετοπώρου δ' ἁβρὸν Ἰάω.

Dic omnium SVPREMVM DEVM *eſſe* IAO:
Hieme quidem Plutonem, at Iouem vere incipiente,
Et SOLEM *æſtate, autumno autem mollem* (aut feſtiuũ) IAO.

Reipsâ quidem Ἰάω non aliud eſt, quàm tetragrammaton יהוה, vnde etiam Ἰέυω, & Iouis in caſu recto, additâ nimirum terminatione Latinâ. Euſebius: Ἰάω *eſt* SALVS, *hoc eſt Dei ſalutare.* Sed videmus ex iſtis, vt ſacerdos Apollinaris fucum fecerit conſultoribus, eos à vero Iſraëlis Deo, naturæ auctore, abducendo ad naturam, Dei opificium: quaſi Iudæi (quorum Deus Ἰάω, vt agnoſcit Diodorus) coluerint Solem: Agnoſcimus & quos *nunc*, cum Tertulliano, *deſtinamus hæreticos*, SANCTIS NOMINIBVS, *&* *titulis & argumentis veræ religionis, vaniſſima &* TVRPISSIMA FIGMENTA *configurantes*: dignas profectò faſtu Baſilidiano teſſeras, quo *ſe ac ſuos ſolos dicebat eſſe homines, ceteros omnes ſues & canes: ob idque non propalanda eſſe alijs ſua myſteria, quòd præceptum eſſet: Nolite proijcere margaritas ante porcos.* Imò verò, vti cordatè ac ſapienter Baronius: *Hæc ſpectanda proponere, nihil aliud eſt, quàm pulcherrima trophæa Eccleſiæ, victoriâ ex hoſtium ſpolijs comparatâ, ſurſum erigere, & in ſingulis veluti quibuſdam notis inſculptis, & ſignis præfixis, Dei gloriam de Eccleſiæ patrocinio prædicare.*

Lib. 4. de Præpar. cap. 29. *Gerard. Io. Voſſius l. 2. de Idololatr. c. 14* *L. aduerſus Valentinian.* *Epiphan. hær. 24.* *Anno Chriſti 120. num. 17.*

At, quem Sirmondus PRÆDESTINATVM inſcripſit,

 vetus

vetus Auctor de Baſilidianis loquens: *Hos*, inquit, *Eccleſia vt energumenos computans, non altercando, ſed proijciendo damnauit.* Verum id quidem, ſed tamen cùm eo tempore *quàmplurimi Eccleſiaſtici viri* (Nicephori verba ſunt) *obuiàm illis, à rectâ ratione petitis argumentis, euntes, Apoſtolica obtinerent decreta; fuere quoque inter eos, qui in libris ſuis contra inſidias talium hæreſium præſeruatiua præcepta reliquerint. In quibus & Castor Agrippa Reprehenſionem* Basilidis *importunitatis edidit, præſtigiaſque eius &* arcana *proferens, in Euangelium viginti & quatuor libros eum compoſuiſſe ait,* Barcabbam*que &* Barcoph *Prophetas, qui in rerum naturâ numquam fuerint, ad barbarorum hominum terrorem ſibi conſtituiſſe,* Pythagoricvm silentivm *induxiſſe, & res nullo in diſcrimine ponere docuiſſe: perinde atque tempore exigente; abſque exceptione omni, præcisè Fidem abiurare, & guſtare liceret quæ idolis ſint mactata. Atque equidem de* Basilide *Irenæus ſimilia narrans, pudendum errorem eius pulchrè in apertum produxit. Cuius idem coæuum fuiſſe refert* Carpocratem, *eorum qui* Gnostici *appellantur auctorem & ducem: quem non puduit propalàm artem magicam exercere, quam pater eius* Simon *clàm & ſubdolè profeſſus fuerat. Gloriam is aucupabatur, & ſeſe efferebat artibus curioſis per ea philtra amatoria, quæ conficiebat per dæmones, qui ſomniorum viſiones immittebant, & illis aſſeſſores exiſtebant. Docebat quoque omnem eos oportere perpetrare turpitudinem, qui ad perfectionem* arcanorvm *ſacrorum ſuorum peruenire vellent; neque fieri poſſe, vt quiſpiam eos effugeret, qui mundi Principes apud eos appellarentur, niſi infandis fœditatibus omnibus ſatisfeciſſet. Atque ij quidem ſub Adriani Imperio extitiſſe dicuntur.* Qui cùm eſſet *tam immenſæ ambitionis,*

Lib. 4. Hiſtor. Eccleſ. cap. 2.

Zonaras & Xiphilinus in Adriano.

vt omnia affectaret, ſeque nihil ignorare profiteretur, curioſiſſimus etiam harum rerum, DIVINATIONIBVS *atque* MAGICIS SACRIS *crebrò vſus eſt.* Eius annulum argenteum, ſigillo verſatili, ex Dactyliothecâ Gorlæi hîc repræſentamus, quem haud dubiè vt ἀλεξιτήριον geſtauerit:



Nam in eius latere viſitur cum caduceo & petaſo imago Mercurij; de quo Lucianus: *Velim* MERCVRIVM *dare mihi tales* ANNVLOS *virtute, vt ſemper corpore* BENE HABEREM, *&* INVVLNERABILIS *eſſem; alterum, vt* INVISIBILIS, *cuiuſmodi fuit* ANNVLVS GYGIS. Plinius *In Nauigio.*

 eos

eos ſugillans annulos, magicâ arte formatos, *Externis*, inquit, *famulantur ſacris*, *ac* DIGITIS *deos* GESTANT, & MONSTRA *quoque* COLVNT: *damnant*, & *excogitant* GLOBOS. Idem ſcribens de Speciebus Magiæ, meminit etiam eius, quæ *ex* SPHÆRIS & *ex aëre* & STELLIS *diuina promittit: prætereà vmbrarum inferorumque colloquia.* Additque: *Quæ omnia, ætate noſtrâ, princeps* NERO VANA FALSA*que comperit: quippe non citharæ tragicique cantus libido illi maior fuit, fortunâ rerum humanarum ſummâ geſtiente in profundis animi vitijs. Primumque imperare dijs concupiuit, nec quidquam generoſius voluit. Nemo vmquam vlli artium validiùs fauit. Ad hæc non opes ei defuere, non vires, non diſcendi ingenium, non alia patiente mundo. Immenſum &* INDVBITATVM *exemplum eſt* FALSÆ ARTIS, *quam dereliquit* NERO. Sed miſſo hoc monſtro hominis, ad Baſilidianum reuertamur. *Pingitur*, inquit Salmaſius, *hic Deus Baſilidis, capite galli gallinacei criſtati, clypeum alterâ manu retinens, alterâ gladium, more militis loricatus, cum pedibus & cruribus ſerpentinis. Nomen eius corruptum fuit in duobus Taliſmanis, qui Scaligero explicandi propoſiti ſunt; vnus à Vareto, alter à Turqueti filio Medici celeberrimi. In iſto ſcriptum erat:* ΑΒΡΑΣΑΜ ΙΑΩ ΑΚΑΩCΘ. *vbi* ΑΒΡΑΣΑΜ *perperàm deſcriptum fuit pro* ΑΒΡΑΣΑΞ. *Litteras ipſas perperàm putat Scaliger ſingulares fuiße, & totam inſcriptionem Hebraicam. Nomen ipſum* ΑΒΡΑΣΑΜ, *quod corruptum eſt, Hebraicè* חברחשם: *Quæ iocularis eſt hallucinatio. In lapide alio, quem protulit Pignorius in tabulâ Iſiacâ, ſcriptum eſt:* ΙΑΩ ΑΒΡΑCΑΣ. *Idem nomen eſt, nempe* Ἰαὼ Ἀβρασαξ, *ſed* Σ, *hoc eſt* Μ *euerſum, perperàm poſitum eſt pro* Ξ. *In altero Vareti lapide prauè etiam deſcripſit, qui* ἔκτυπον *Scaligero miſit:* ΑΒΡΑCΑΡΗ, ΑΡΙΡΙΗ, ΩΙΘΑΒ, & *quæ ſequuntur.*

Lib.1. Natural. Hiſt. c.7. L.30. c.2

Lib. de Annis climactericis.

tur. Debuit eſſe ΑΒΡΑΚΑΞ ΙΑΩ. *Ipſa inſcriptio tota Ægyptiaca eſt, non Iudaica; vt fruſtrà ſe torſerit vir ille ſummus in eruendo ſenſu quaſi ex Hebraicis verbis.*

Idem Salmaſius non probat appoſita ſubinde cornua ceruina capiti Abraxæ gallinacei, quæ dicit eſſe in Archetypo criſtam, vel apicem plumeum. Neſcio an rectè: nam, vt SOLIS ſymbola in vnum cogerent Baſilidiani, criſtam, ſpectatiſſimum inſigne galli, dediſſe videntur aliquando & aquilæ; imò interdum & ramos veluti cerui, qui viuaciſſimum in primis eſt animal, ob idque SOLI vitæ principia excitanti ſacrum.

Thetel apud Camillum Leonardum, ex hoc monſtro Abraxæ, gemmæ inſculpto, mira promittit: *Hominis,* inquit, *imago in* IASPIDE, *habentis ſcutum in ſiniſtrâ, & in* [*Lib. 3. de*] *dextrâ idolum, vel aliquid bellicoſum: & loco pedum ſint vipe-* [*Lapidib.* *& Gem-*] *ræ: & loco capitis humani ſit caput* GALLI *ſiue* LEONIS, *&* [*mis c. 16.*] *cum thorace. Hic* LAPIS *ſic* SCVLPTVS *virtutem habet contra inimicos, ac victorem geſtantem reddit, & ad venena valet: ſanguinem quoque ſtringit, à quocumque loco fluat.* Leonardus ipſe in eâdem hæreſi: *Cùm,* inquit, *in aliquo lapide* [*Lib. eod.*] *diuerſæ ſint virtutes, ita & in lapide figuræ ſculptæ ex diuerſis* [*cap. 6.*] *animantium partibus ſunt, quæ ſimilitudinariè lapidis effectum oſtendunt, vt in meo* IASPIDE *apparet, in quo figura habens caput* GALLI, *corpus totum vſque ad crura, hominis thorace tectum, in ſiniſtrâ tenens clypeum, in dextrâ verò flagellum, & crurum loco ac pedum duæ viperæ ſupplent: quæ partes figuræ, ſi benè conſiderentur, lapidis virtutem indicant.*

In Gemmâ nonâ viſitur etiam Abraxas gallinaceus, capite radiato, vt SOLIS ſymbolum, quem RADIANTEM Latini, ſine vllâ interdum adiectione, vocabant. [*Gemma 9*]

Amuleti 14. inſcriptionem ΤΑΛΑ ΑΡΑΙΩ ΩΑΡΛΟΡΟΝ- [*Gemma 14.*]

ΤΟΚΟΝ-

TOKONBAI interpretatur πολύγλωσσος, & πολυγράμματος Kircherus : SVMMO MARTI OMNIA VINCENTI

Parte alterâ Tom. 2. Oedipi Ægyptiaci claſſ. 11. cap. 6. Baronius an. Chriſti 120. n. 13.

Quòd autem hiſce characteribus atque figuris diuerſimodè concinnatis vti ſolerent eiuſmodi hæretici impoſtores ad Amuleta conficienda ; habes de his egregium exemplum apud Q. Serenum Sammonicum, antiquum Medicum, & eiuſdem, vt apparet, Baſilidis ſectatorem, qui præcepta Medica carmine ſcripſit Heroico, & ad curandum morbum Hemitritæum, his characteribus conficiendum curauit Amuletum, ad collum ægrotantis appendendum, continens ΑΒΡΑCΑ, iunctis alijs elementis, quidpiam portentoſum ipſo ſonitu reboantibus.

Conus.

ΑΒΡΑCΑΔΑΒΡΑ
ΑΒΡΑCΑΔΑΒΡ
ΑΒΡΑCΑΔΑΒ
ΑΒΡΑCΑΔΑ
ΑΒΡΑCΑΔ
ΑΒΡΑCΑ
ΑΒΡΑC
ΑΒΡΑ
ΑΒΡ
ΑΒ
Α.

Inſcribes chartæ, quod dicitur ΑΒΡΑCΑΔΑΒΡΑ,
Sæpiùs, & ſubter repetis, ſed detrahe ſummam,
Et magis atque magis deſint elementa figuris
Singula, quæ ſemper rapies, & cetera figes,
Donec in ANGVSTVM *redigatur littera* CONVM:
His lino nexis, collum redimire memento. Et in fine:
Talia languentis conducunt vincula collo,
Lætaleſque abigent (miranda potentia!) morbos.

Monſtra verborum confingunt Magi, talibuſque ineptijs ſcatet Marcellus Empiricus, nouuſque Dioſcorides. Hæc inter Phyſica remedia reponit etiam Trallianus, à quibus nec abhorruit Cato : eiuſque generis multa habet Conſtantinus Cæſar in Geoponicis, nonnullaque & ipſe Plinius. Quibus addo Iulium Africanum in Ceſtis, apud quem nonnulla etiam de curatione per ΑΒΡΑCΑΔΑΒΡΑ. Feſtiuâ enimuerò & ridiculâ ſuperſtitione, in æquali numero litterarum morbi, & remedij, vt æquè terminentur.

Robertus Conſtantinus in Notis ad Serenum.

V. C. Gottifredus Wendelinus noſter hæc eadem elementa ita interpretabatur :

ΑΒΡΑ

ABPA: אב בן רוח הקדש׃

ΣΑΔ· Σωτηρία Ἀπὸ Δόξης·

ABPA: אב בן רוח הקדש׃

Quaſi concepta ſit imploratio ſanctiſſimæ Trinitatis in hunc modum: *O Trinitas* PATER, FILIVS, & SPIRITVS SANCTVS! SALVS *prouenit à* GLORIA TRINITATIS. Acutè quidem iſtud à viro doctiſſimo excogitatum eſt, & ingenioſo ſenſu, ſed cui (aſſumptis præſertim litteris ſingularijs) alij benè multi ſimiles reperiri poſſint, quorum nullus horum hominum mentem aperuerit. Planè hæc à Magis profecta, quos hæretici in multis olim ſecuti; & hiſce diis, quantumuis opinione ſuâ auerruncis, mala ſuſcitabat, non auertebat Baſilides, niſi Deus melior maluiſſet meliora, atque hanc eius amentiam auerruncaſſet. Eiuſdem commenti eſt interpretatio Ioſephi Scaligeri ſuprà à Salmaſio perſtricta, cùm nimirum Gemmæ Baſilidianæ Ægyptiacam inſcriptionem ita Hebraicè reddidit: ABPA. CAP. H. APIPI. H. ΩΙΘΑΒ. ΛΑΝ. ΑΘΑ. ΝΑ. Λ. Β. Α. הַבְרַח שַׂר·יי·וְהֵיטֵת לָז אתה .נא. ל .ב .א׃ *Fuga, Princeps Dei, maledictos Dei. Et benefac nobis Tu, obſecro Te; in æternum Tu benedictus.* Itemque aliam: ABPA. CAM. ΙΑΩ. Α. Κ. Α. Ω. C. Θ. Hebraicè reddit:

הַבְרַח שֵׁם יְהֹוָה לוֹ חֲצִים כֻּלָּם לוֹחֲצֵינוּ וְשׂוֹנְאֵי טוּב תֵּינוּ׃

Fuga, Nomen Dei, afflictores omnes affligentes nos, & oſores boni noſtri, id eſt *inuidentes vtilitati noſtræ.*

In Epiſtolis Gallicis, quæ extant ad calcē opuſculorum.

Sic etiam parum explicatè, & minùs feliciter, litteras numerales τῦ ABPACAΞ compoſuit Macarius noſter, cum iis, quæ in voce ΜΙΘΡΗΣ reperiuntur. Longè apertiùs Kircherus ι dumtaxat mutato in ει. *Eſt* ABRAXAS, inquit, *per reſolutionem Arithmeticam* κατὰ τὴν ἰσοψηφίαν *factam, idem quod* MITHRAS, *quem animam Solarem dicebant, vir-*

Parte alterâ tomi 2. Oedipi, claſſe 11. cap. 6.

virtute ſuâ totius mundi decurſum moderantem , quod & numerus, qui ex vtroque nomine & Ἀβράξας, *&* Μειθρὰς, *in numeros reſoluto , ſat ſuperque conſtat:*

Α.	1.	Μ.	40.
β.	2.	ε.	5.
ρ.	100.	ι.	10.
α.	1.	θ.	9.
ξ.	60.	ρ.	100.
α.	1.	α.	1.
ς.	200.	ς.	200.
	365.		365.

In Hagioglyptis ms.

De mutatione ι in ει alibi Macarius: *Non id tacendum,* inquit, *quòd in capite verſuum Sibyllæ Græcorum , vox* ΧΡΕΙCΤΟC *per* ει *ſcribatur contra veram ſcribendi rationem; ſed hic error familiaris fuit Græcis , vt pro* ι *ſæpiſſimè poneretur* ει *vt in antiquis marmoribus videre eſt, nummis, & libris calamo exaratis.*

CAPVT

CAPVT II.

TABVLA IV.

ABRAXAS Ιεϱακέφαλος, *Ibis*, *Niphus*, *ſiue Cnephus* ἀγαθὸς δαίμων, ὀδάργαζας.

PVTARVNT & doctrinæ ſuæ congruere Baſilidiani ſolito monſtro Abraxæ affictum caput accipitris, etiam Mithriacum, quamquam bellum internecinum gerat cum aquilâ, cohærenteſque ſæpè prehendantur. Horapollo de accipitre: SOLIS *præter ceteras volucres* SIMVLACRVM *eſſe videtur, vtpote peculiari quadam,atque occultâ naturæ vi,intentiſſimis in eius radios oculis proſpiciens. Atque hinc fit,vt Medici ad ſananda oculorum vitia, Hieraceo herbâ vtantur. Inde etiam fit, vt* SOLEM *interdum, tamquam viſus tutorem ac dominum,* ACCIPITRIS *formâ pingant.* Porphyrius apud Euſebium: *Cùm ſingulari quadam, & eximiâ ſapientiæ vi, tum diuturnâ cum diuino Numine conſuetudine, hoc etiam intellexere, quoſdam eſſe* DEOS, *qui certis animantibus magis, quàm hominibus ipſis delectentur, vt* SOLEM ACCIPITRE; *qui cùm naturam habeat totam ex ſanguine ſpirituque conſtantem, tum eâ eſt erga hominem commiſeratione, vt iacenti eius cadaueri ingemiſcat, oculiſque terram ingerat.* Hinc in Ægypto ſacrorum ACCIPITRVM CVRATORES, vt & reliquorum animalium ſacrorum altores, quorum munera apud Diodorum legas. Huc pertinet manſio HIERACON apud Antoninum nomen ſortita, vt

GEMMA 15.

Lib.1. Hieroglyphic.

Lib.3.de Præpar. Euang. cap.4.

L.2.c.4.

aliæ pleræque ab animalibus ſacris : quod Pignorius alijq́ue obſeruarunt. Nec plura; cùm de nominibus Angelorum, auerſæ gemmæ inſcriptis, infrà dicturi ſimus in Abraxa Phaëtonte.

Gemma 16. *Parte alterâ tom. 2. Oedipi Ægyptiac. claſſ. 11. cap. 6.*

Sequentis Amuleti inſcriptionem ita interpretatur Kircherus, & auerſum ſchema deſcribit: ΙΟΥ ΙΟΥ ΩΙΟΥΝΥ ΥΟΟΝΩ ΩΝΙΟΥ, *id eſt*, Domini fortitvdo æterna. *Et ſub pedibus nomen Angeli* ΙΑΩΛΗΛ *Iaoliël, id eſt* angelvs domini. *In poſteriori facie* ibis *pingitur, habitu volantis, ſerpente diuaricatis pedibus implicatâ, cui adſtat* Anvbis *cum ſiſtro. Quæ nihil aliud denotant, niſi* vim mercvrialem, *nociuorum omnium abactiuam.* Plinius: *Inuocant*, inquit, *& Ægyptij* ibes svas *contra* serpentivm *aduentum.* Eaſq́ue à Barbaris propter beneficium conſecratas docet Cicero, vbi ait: *Ipſi, qui irridentur Ægyptij, nullam belluam, niſi ob aliquam vtilitatem, quam ex eâ caperent, conſecrauerunt. Velut* ibes *maximam vim* serpentivm *conficiunt.* vt & Ciconiæ, quibus *honos* serpentivm exitio *tantus, vt in Theſſaliâ capitale fuerit occidiſſe, eademq́ue legibus pœna, quæ in homicidam.* Sed appoſitè Iuuenalis, ac veluti de poſtremâ Gemmâ huius tabulæ:

Lib. 10. cap. 28.

Lib. 1. de Natur. deor.

Plinius lib. 10. c. 23.

Gemma 18.

Satyr. 15

———ſerpente ciconia *pullos*
Nutrit, & inuentâ per deuia rura lacerta.

Gemma 17.

Ad pænultimam explicandam videri poſſit opus eſſe Haruſpicinâ : ſed quoniam omnia miſcebant Ægyptij & Baſilidiani ſuis hiſce imaginibus, in quibus nec media primis, nec mediis vltima congruunt, quaſq́ue adeò, vt θηρία σύνθετα ſugillat Gregorius Nazianzenus; facilè crediderim hanc gemmam cœlatam eſſe corpore, & pedibus Ibidis, collo ſerpentino, capite accipitris radiato, ſicq́ue

Orat. 2. contra Iulianũ.

ſicq́ue referre & ibidem, & Cnephum, ſeu Ἀγαθοδαίμονα Ἰβίμορφον, Ὀφιόμορφον, Ἱερακέφαλον. Nam & Iuuenalis *ſaturam ſerpentibus* IBIN memorat; & Sanchuniatho apud Euſebium exſertiſſimè de CNEPHO ſerpente: *Nec eiuſmodi animal* [ſerpens] *niſi vi quadam percuſſum antè fuerit, morte naturali extinguitur. Atque illud quidem* PHOENICES BONVM DÆMONEM, *Ægyptij verò* CNEPHVM *ſimiliter nuncuparunt, eidemq́ue* CAPVT ACCIPITRIS, *ob præcipuam quamdam huius volucris agendi vim, addiderunt. Quin etiam Epeis ille, qui ſummus ab ijs ſacrorum interpres & ſcriba nominatur, quemq́ue Arius* Heracleopolites *Græcâ linguâ donauit, ſic ad verbum allegoricè rem iſtam expoſuit: Vnus omnium* MAXIME DIVINVS *erat* SERPENS *ille, qui* ACCIPITRIS *formam præ ſe ferebat, idemq́ue aſpectu iucundiſſimus: quippe enim, vbi oculos aperuiſſet, continuò primigeniæ ſuæ regionis loca omnia* LVCE *complebat: ſin autem conuiueret, illicò tenebræ ſuccedebant. Ac naturâ quidem* IGNEVM *illum eſſe, vi ipsâ verbi* διαύγασεν, *id eſt* ILLVSTRABAT, *Epeis manifeſtè declarauit: lucis enim* τὸ διαυγάσαι, *hoc eſt* ILLVSTRARE, *proprium eſt.* Hinc in gemmâ videas radios ſuos Agathodæmoni Solem quodammodò communicantem: eſt enim accipiter illi ſacer, & eius ſymbolum, vt iam oſtendimus. Apud Plutarchum: *Incolæ Thebaidos nullum cenſent deum mortalem, ſed quem ipſi deum* CNEPH *appellant, qui nec habeat originem, nec ſit mortalis.* Quo loco Κνὴφ ἀγέννητον legendum monet Gerardus Ioannes Voſſius, non, vt perperàm in Aldinâ, Stephanicâ, & poſtremâ Pariſinâ Κνηφαγέννητον. Eius aliud ſimulacrum docet Porphyrius ex ore ouum effudiſſe, vt mundi eſſe opificem ſignificaretur, ſiue δημιουργόν. Atque eiuſmodi fortaſſe fuerit Mithriacum ſimula-

Satyr. 15

Lib. 1. de Præpar. Euang. cap. 7.

Lib. de Iſide, & Oſiride.

Lib. 1. de Idololatr. cap. 2.

Apud Euſebium lib. 3. de Præpar. cap. 12.

Epiſt. ad Lætam. mulacrum, quod NIPHVM appellat Hieronymus, vbi de Graccho: *Nobilitatem Patriciam ſonans genere, cùm Præfecturam gereret vrbanam, nónne* SPECVM MITHRÆ *& omnia* PORTENTOSA SIMVLACRA, *quibus Corax,* NIPHVS, *Leo, Perſes, Bromius Pater, initiantur, ſubuertit, fregit, exuſſit?* Non attigit germanam huius loci emendationem vir eruditus Marianus Victorius; *In Scholijs in Epiſt. Hieronymi.* qui vbi eum adeò deprauatum vidit, vt ad genuinum ſenſum reduci vix poſſet, porrò legendum monet NISVS. Ego veriſimiliùs, meâ quidem ſententiâ, & propiùs, ac religioſiùs accedens ad ſcripturam, quæ in omnibus exemplaribus reperitur, reponendum duco CNEPHVS, qui apertè ex eo NIPHO ſeſe inſinuat; vti & ΑΔΕΡΓΑΤΙΣ ex appoſitâ ſubinde Gemmis Abraxeis inſcriptione ΟΔΑΡΓΑΖΑΣ, quam Macarius Neptuno adſcribit. Adergatis, Hebræis אדיר דג, eſt PRÆPOTENS PISCIS; in quem ſcilicet

Manilius l. 4. Aſtron.

——*ſeſe* CYTHEREA *nouauit,*
Cùm Babyloniacas ſubmerſa profugit in vndas.

Hanc Cicero Venerem Syriam appellat, Plutarchus & Apuleius deam Syram; eamdemque à Baſilidianis cultam veriſimile eſt, quorum error *de Chaldæo, &* SYRO, *& Græco ſermone proceſſerit.*

Hieronymus l. 2. aduerſ. Iouinian.

CAPVT

CAPVT III.

TABVLA V.

ABRAXAS Κόραξ.

PRODIIT iamdudum Romæ formis Lafrerianis imago tabellæ fictilis, muro inſertæ in ædibus, quæ olim dicebantur Octauij Zeni, prope theatrum Pompeij, & campum Floræ, iterumque edita circumfertur cum Hieroglyphicorum collectaneis auctoris anonymi; vtrobique ſub typo agriculturæ, ſed malè, vt notat Macarius; nam typus Mithræ eſt taurum reluctantem iugulantis. Atque, vt cetera deeſſent, coruus eius ceruicibus quaſi imminens, eumdem docet eſſe Mithram, ſiue Apollinem. Ælianus ſiquidem: CORVVS, inquit, SACER *eſt* APOLLINI, *&* *famulus*; *ideoque* DIVINANDI *vim habet.* Plinius: CORVI *in auſpicijs ſoli videntur intellectum habere ſignificationum ſuarum. Nam cùm Mediæ hoſpites occiſi ſunt, omnes è Peloponneſo & Atticâ regione volauerunt. Peſſima eorum ſignificatio, cùm glutiunt vocem velut ſtrangulati.* Clemens Alexandrinus apud Euſebium, de eiuſmodi coruis oracula reddentibus: *Eiuſdem quoque faſcinationis, veluti negotiationis ſociæ habeantur capræ ad diuinandum informatæ, necnon* CORVI *illi, quos ad reſponſa reddenda homines erudiere.* Hinc ſacra CORACINA in Hilarij diaconi Commentariis, qui D. Ambroſio tribuuntur; in quem locum Gerardus Ioannes Voſſius: *Credo,* inquit, *hæc ſacra fuère prope Coptum, vrbem tanti nominis, vt inde Ægypto ſit appellatio. Circa eam*

In Auctario ad Pierium.

L. 1. c. 48.

Lib. 10. cap. 12.

Lib. 1. de Præp. Euangel. cap. 3.

In cap. 1. Epiſt. ad Romanos.

Lib. 3. de Idololat. cap. 100.

eam quidem ciuitatem bini dumtaxat CORVI *conſpiciebantur : nec enim militibus Romanis, qui ſmaragdi metalla montanis ibi in locis cuſtodiebant, viſi ſunt plures. Atque ibidem* APOLLINIS *erat ſimulacrum, cui* CORVI *eſſe ſacri perhibentur. Verùm non video, quomodo hinc conſequatur,* CORVOS *illos potiùs fuiſſe* DEOS, *quàm ſymbolum* NVMINIS. *Potuêre enim ſacra etiam* κοράκινα *ſiue* CORVINA *à ſymbolo nuncupari.* Hæc ille, quibus facilè ſubſcriberem, niſi obſtaret D. Hieronymi auctoritas, CORVVM inter SIMVLACRA PORTENTOSA recenſentis, quæ eadem Prudentius appellat SIMVLACRA DEVM. Et CORACICA SACRA fuiſſe partem MITHRIACORVM, vt Leontica, Perſica, Heliaca, à Corace, Perſe, Helio, docent priſcæ inſcriptiones; in quibus etiam, eodem planè habitu, quo in tabellâ Zenianâ, Mithras fusâ chlamyde ſuccinctus, veſte breuiori braccatus, & manicatus, curuâ tiarâ, reſpiciens CORVVM inſcribitur: Ἡλίῳ Μίθρᾳ ἀνικήτῳ· SOLI MITHRÆ INVICTO. Vnde Auſonius de coruo:

Apud Gruterũ fol. M. LXXXVII. Apud Bulẽger. lib. 1. de Magiâ cap. 4.

Edyll. 11.

Vincunt aëripedes ter terno Neſtore Cerui,
Tres quoque ætates ſuperat PHOEBEÏVS OSCEN.

Lib. 3. Ode 27.

Inde Horatianum votum Apollini, qui Sol eſt exoriens:

OSCINEM CORVVM *prece ſuſcitabo*
SOLIS *ab ortu.*

GEMMA 22. GEMMA 19. 20. & 23.

Idipſum Coraci Baſilidiano appoſitum aliquando Sydus indicat, & lauri ramus etiam dicatus Apollini. Quas nimirum nugas, & Gentilium ſuperſtitiones etiam in ſymbolis vſurpabant mali diſcipuli, à malo præceptore profecti Baſilidiani, mali CORVI, mala OVA.

CAPVT

CAPVT IV.

TABVLA VI.

ABRAXAS *Phaëthon*, *Phanes*, *Priapus*, *Protogenus*, *Sidus Veneris*.

PRIAPVM φυσικῶς pro SOLE habitum multis adſtruit argumentis Gerardus Ioannes Voſſius. Primùm ex Orpheo ſiue Onomacriti Hymnis, vel initijs potiùs: vbi Πρωτόγονον celebrat, & eum vocat: Μέγαν αἰθερίπλαγκτον, *Magnum in æthere errantem*: item: Παμφαὲς ἔρνος, *Vbique lucentem ramum*; ac mox de eodem ſubiungit: *Lib.2.de Idololat. cap.7.*

——κατὰ κόσμον

Λαμπρὸν ἄγων φάος ἁγνὸν, ἀφ' οὗ σε Φάνητα κικλήσκω,
Ἠδὲ Πρίηπον ἄνακτα.

——*per mundum*

EMICANTEM *ducens* LVCEM, *à quâ te* PHANETA *voco*,
Atque PRIAPVM REGEM.

Poſteà dicitur, *ſemina habens diuerſa*, ſiue πολύσπορος. *Et quid manifeſtius ex iſtis*, inquit Voſſius, *quàm* PRIAPVM *eſſe* LVCEM SOLIS *primigeniam: quæ & Φάνης, quia nihil* SOLE φανὸν, *ſiue* LVCIDVM *magis. Et ſanè idem Φάνητα eſſe ac* SOLEM *etiam apud Macrobium legas, vbi & φαναῖον propterea ait vocatum.* Apud Suidam Φαέθων eſt Ἥλιος, & Φάνης introducitur *Præſes generatricis facultatis.* *L.1.Saturnal.*

Deſcribit Macarius hunc deum Baſilidianorum, viſumque à ſe repræſentari ait, qualem captiuum adducimus ex impuro atque abominando dæmonum grege:

Exiſtimo, inquit, *ad* ABRAXAM *pertinere monſtrum quod-*
GEMMA 24. & 25. *dam mirificum, quod humanâ ſpecie nudum habet alas quaternas, geſtans cancrum dextrâ. Caput humanum quidem, ſed horrificum. ſub pedibus eſt vox* Ιάω. *Quare & eódem perti-*
GEMMA 26. *nebit ſimile monſtrum binis tantùm alis, pudendâ parte affictâ, cuius ſub pedibus finguntur ſub ſpatio quodam breui animalcula varia. Cui monſtro nomen libens dedero Phaëthontis ſeu Protogeni, eius præſertim, in quem Orpheus hymnum conſcripſit. Alæ fortè referendæ ad anni tempora, quæ præteruolant, & primariâ diuiſione duo ſunt, Æſtas & Hiems; ſecundariâ quatuor, Ver, Æſtas, Autumnus, Hiems. Pudendum appoſitum ad notandam generationem. Nam Deus & Sol, teſte Philoſopho, omnia generant; & animalcula illa ſunt appoſita, ad res à Sole productas indicandum.* Ex litteris inuerſis &
Parte alterâ tom. 2. Oedipi Ægyptiac. claſſ. 11. cap. 6. ſparſis hinc inde in huius tabulæ Gemmâ pænultimâ, colligit Kircherus: MNHCTHΛ, quod idem ac RECORDARE, ſignificat; ac ſi geſtantes amuletum peterent à Numine, vti memor eſſet eorum quæ poſtularent.

GEMMA 27. In vltimâ Gemmâ, Phaneti portentoſâ ſpecie exhibito, & ceteris animalculis ſuum ambientibus numen, appoſitum etiam *Sidus Veneris*, alterno meatu vagum, ipſiſque
L. 2. c. 8. cognominibus æmulum Solis ac Lunæ, de quo Plinius: *Magnitudine extra cuncta alia ſidera eſt: claritatis quidem tantæ, vt vnius huius* STELLÆ *radijs vmbræ reddantur. Itaque & in magno nominum ambitu eſt. Alij enim Iunonis, alij Iſidis, alij Matris deûm appellauere. Huius naturâ* CVNCTA GENERANTVR *in terris: namque in alterutro exortu*, GENITALI RORE *conſpergens, non terræ modò conceptus implet, verùm* ANIMANTIVM *quoque* OMNIVM *ſtimulat.*

De hæreſi Baſilidianorum circa Angelos, præter Ter-
L. 1. c. 23. tullianum à Macario laudatum, Irenæus: *Nomina quoque*

quæ-

quædam affingunt SVIS IMAGINIBVS *quaſi* ANGELORVM. *Hos quidem eſſe in primo cælo, hos autem in ſecundo, & deinceps nituntur* CCC.LXV. *ementitorum cælorum, & nomina, & principia, & ANGELOS, & Virtutes exponere.* Saturnilus Baſilidis condiſcipulus aiebat, apud Epiphanium: ANGELOS *à ſuperiori Virtute deſciuiſſe: ex quibus* SEPTEM *mundum, & quæ in mundo ſunt comprehenſa, condiderint, eiusque mundi ſuum quemque* ANGELVM *partem diuiſione ſortitum.* Hinc in ipſis Angelorum nominibus, & eâ inſcriptione, quam dedi ſuprà ex auersâ parte Abraxæ Hieracephali, video obſeruari poſſe numerum ſeptenarium, quo Baſilidiani intellexere ſummum Deum continentem Angelos ſeptem, cælorum ſeptem Præſides, à quibus prodierint alij trecenti ſexaginta quinque iuxta anni dies. Magi prætereà Ἀγγέλους ὀρνίθων ὀρνιθομόρφους vocabant, *Angelos auium auiformes;* nec inter mactandum aues Angelorum nomina pronuntiabant, ne latentem ſi fortè dæmonem violarent. In libro Botri Perſarum regis apud Bulengerum: *Vulturem occidi cum acuto calamo; qui occidit eum, erit ſolus, nec ab vllo videbitur, & vt dicat* TRIVM ANGELORVM *nomina.*

Hæreſi 23.

GEMMA 15. & 24.

Lib. 2. de Magiâ cap. 60.

Hiſce porrò Angelicis nominibus, ac barbaris ſubinde, nec vſitatis, mira ſe patrare poſſe exiſtimabant. Apud Arnobium: *Occurſurus forſitan rurſus eſt cum alijs multis calumnioſis illis, & puerilibus vocibus: magus fuit, clandeſtinis artibus omnia illa perfecit: Ægyptiorum ex adytis* ANGELORVM POTENTIVM NOMINA, *& remotas furatus eſt diſciplinas.* Poſtmodum in Concilio Romano à Zachariâ Pontifice ſancitum fuit, ne præter MICHAELIS, GABRIELIS, & RAPHAELIS, Angelorum alia vlla NOMINA recitarentur. Quod Carolus Magnus firmauit in

Lib. 1. aduerſus Gentes.

Anno Chriſti 745.

Cap.16. Capitularibus Aquiſgranenſibus: *Præcipitur*, inquit, *vt* IGNOTA ANGELORVM NOMINA *nec fingantur*, *nec nominentur*, *ni illorum*, *quos habemus in auctoritate*: *hi ſunt* MICHAEL, GABRIEL, RAPHAEL. Deque hiſce Angelorum nominibus ignotis, eorumque inuocationibus ad Magicas incantationes, & ſuperſtitioſos vſus, *L.2.c.58.* intelligenda ſunt verba Irenæi: *Nec inuocationibus* ANGELICIS *faciat aliquid*, *nec incantationibus*, *nec aliquâ prauâ curioſitate*. Itemque Auguſtini: *Lib.10. Confeſſ. cap.42.* *An eundum mihi fuit ad* ANGELOS? *quâ prece? quibus Sacramentis? multi conantes ad te redire*, *neque per ſeipſos valentes*, *ſicut audio*, *tentauerunt hæc*, *& inciderunt in deſiderium* CVRIOSARVM VISIONVM. Nam ſi malos genios inuocant Magi, ac interdum bonorum nomina ſuis maleficiis immiſcent, imò & Deum Abraham, Iſaac, & Iacob, vt eſt apud Origenem; *L.1.contra Celſum.* tantò vtiliùs veri Chriſtiani bonorum Angelorum opem implorant aduerſus corruptam ſponte dæmonum gentem, & à Deo damnatam cum principe ſatanâ.

CAPVT

CAPVT V.

TABVLA VII. VIII.

ABRAXAS Λεοντόμορφος, Λεοντοκέφαλος.

GRYPHVM ab Indis SOLI dedicari auctor eſt Philoſtratus, fictitium quidem animal, ſed Romanis in Hieroglyphicis ſatis frequens, & variè depictum, plerumque tamen ex AQVILA & LEONE compoſitum. Tanta eſt vtrique cum SOLE conſenſio, adeò ignita natura, vt huius pennæ ceterarum auium plumis commixtæ, eas calore ſuo conſumant; ex illius verò oſſibus inter ſe colliſis, ignem excitari ſcribat Ælianus. Hinc ABRAXAS MITHRAS non Aquilino tantùm capite, ſed & Λεοντόμορφος, Λεοντοκέφαλος. Minutius Felix: LEONVM *&* *canum vultu* DEOS *dicatis*: Tertulliano, BIFORMIA NVMINA, *canino &* LEONINO *capite commiſta*: Arnobio, TORVISSIMA *facie* DEOS. de quibus Porphyrius: *Videas apud ipſos* IMAGINES *quaſdam, ceruice tenus humanâ ſpecie, vultu autem modò volucrem, modò* LEONEM, *aut aliud quoduis animal referentes: aliasque rurſum capite quidem hominum ſimiles, reliquis verò partibus corporis, modò inferioribus, modò ſuperioribus, aliarum animantium formam oſtendentes. Quibus illi ſignificatum volunt & deorum ipſorum voluntate conſilioque fieri, vt illa inter ſe mutuò degant, nec ſine eorumdem numine euenire, vt feræ immanesque belluæ non cicurentur modò, ſed nobiſcum etiam aliquâ vitæ ſocietate coniungantur. Itaque ab ijs* LEO *tamquam* DEVS *colitur; Ægyptique pars aliqua (Præfecturam ipſi vocant) eius cognomento* LEONTOPOLITES, *alia*

Pighius lib. de anni partib.

Plinius l.10. c.3.

In Octauio.

Apologetic. c.16.

Lib.6. aduerſus Gentes.

Apud Euſeb. l.3 de Præpar. c.4.

 Buſi-

Buſirites à boue, alia Cynopolites à cane nuncupatur. Horapollo de Leone: *Caput magnum habet hoc animal, & pupillas quidem* IGNITAS, *faciem verò rotundam, & circumquaque* RADIORVM *more ſparſos pilos ad* SOLIS *ſimilitudinem. Vnde & ſub ſolio* HORI, *hoc eſt* SOLIS, LEONES *ſupponunt, huius animantis cum* DEO, *vtpote* SOLE, *ſimilitudinem maximam monſtrantes.*

L.1.Hieroglyph. cap.17.

Adhæc, *Ægyptij animal in* ZODIACO *conſecrauere, eâ cæli parte, quâ maximè annuo curſu* SOL *valido efferuet calore;* LEONISQVE *inibi ſignum,* DOMICILIVM SOLIS *appellant, quia id animal videtur ex naturâ* SOLIS *ſubſtantiam deducere: primumque impetu & calore præſtat animal, vti præſtat* SOL *ſidera: validuſque eſt* LEO *pectore, & priore corporis parte, ac degenerat poſterioribus membris. Æquè* SOLIS *vis primâ parte ad meridiem increſcit, vel primâ parte anni, à vere in æſtatem: mox elangueſcens deducitur vel ad Occaſum, qui diei, vel ad hiemem, quæ anni pars videtur inferior. Idemque oculis patentibus atque igneis cernitur ſemper, vt* SOL *patenti igneoque oculo terram conſpectu perpetuo atque infatigabili cernit.*

Macrob. lib.1.Saturnal.

Ceterùm quòd in auerſo Gemmæ 29. habeatur ABRAXAS ἀνθρωπόμορφος, ad plantas pedum vſque portentoſis nominibus inſcriptus; *inde quoque,* inquit Baronius, *euidentius deducitur argumentum, eamdem eſſe id genus imaginum, quas ſolerent ijdem Baſilidis ſectatores effingere. Nam Epiphanius hæc de eodem Baſilide & numero, ex eius ſententiâ, nominis* ABRASAX, *ait: Deinde hinc, inquit, & homo habet trecenta ſexaginta quinque membra, & vnicuique Virtutum attribuitur vnum membrum. Hæc cùm Baſilides diceret; eâdem ratione factum apparet, vt in eiuſdem imaginis diuerſis corporis membris diuerſa nomina earumdem Virtu-*

GEMMA 29.

Anno Christi 120. n. 13

tum

tum habeantur inſcripta; illa nimirum, quibus opus habere videretur, qui geſtabat imaginem: cùm alioqui impoſſibile eſſet in tam arcto ſpatio omnia trecenta illa & ſexaginta quinque nomina exarari. Cetera verò, vt quòd alterâ manu clypeum, bidentem alterâ tenere videatur imago, quodque virga ſuper caput extet appoſita, remanent prorſus obſcura, quòd non omnia ſecreta Baſilidis Catholicis innotuerint.

Gemmam, in quâ homo capite leonino geſtans ſitulam, retulit Macarius ad ABRAXAM Iſiacum, in cuius ſacris ſitula geſtabatur. Extat non multum abſimilis imago apud V. C. Albertum Rubenium, in lapide magnete, eamque Mercurio adſcribendam monere videtur ipſa dictio ΘΩΥΘ, quæ prima eſt inſcriptionis auerſæ. Cicero agens de Naturâ Deorum, & multiplici Mercurio: *Quintus, quem colunt Pheneatæ, qui & Argum dicitur interemiſſe, ob eamque cauſam Ægypto præfuiſſe, atque Ægyptijs leges & litteras tradidiſſe. Hunc Ægyptij* THOYTH *appellant, eodemque nomine anni primus menſis apud eos vocatur.* Sanchuniatho, vetuſtiſſimus Auctor, Iliacis temporibus vel antiquior, vel æqualis, cuiuſque opera Philo, non Hebræus ille, ſed Byblius, ex Phœnicum idiomate Græcam in linguam tranſtulit, *cùm operam in rerum plurimarum ſtudio poſuiſſet, cumque Gentium omnium hiſtoriam iam vſque à primâ vniuerſi molitione noſſe vehementer optaret, præcipuam quamdam in perueſtigandis* TAAVTI *rebus diligentiam adhibuit; quòd ſatis intelligeret, omnium, qui lucem hanc aſpexerant, eum litteras principem inueniſſe, ac ſcribendorum Commentariorum auctorem fuiſſe: ab illo autem auſpicatus eſt, quem ab Ægyptijs Θωὺθ, ab Alexandrinis* THOTH *nominatum, Græci* Ἑρμῆν, *hoc eſt* MERCVRIVM, *reddidere.*

GEMMA 33.

Lib. 3.

Apud Euſebiũ L. 1. *de Præpar. cap.* 6.

Ger-

Germanos Theutones ab hoc nomine THOYTH, ſiue THEVTH, vniuerſam appellationem deriuatiuam accepiſſe, multis probat Philippus Cluuerius, oſtenditque eumdem fuiſſe DEVM Germanorum TVISTONEM, Hiſpanorum & Gallorum TEVTATEM, cuius originatione diſcuſsâ porrò infert: *Communem omnium primum fuiſſe vniuerſarum Gentium deum, quòd eius nomen non modò ad Ægyptios, & longiſſimè ab his diſſitos Celtas, ſed ad Græcos quoque atque Latinos peruenerit. Nam Græci idem vocabulum ſuâ linguâ dixere* ΘΕΟΣ, *leui litterarum* ΥΘ *in* ΟΣ *mutatione; quod illi maximè norunt, quibus vera ac germana litteræ* Θ *vis ſatis cognita: vnde etiam primum* Θ *Dores ac Lacones mutarunt in* Σ, *pro* ΘΕΟΣ *dicentes* ΣΕΟΣ. *Sed ijdem Græci idem vocabulum* ΘΕΥΘ, *alijs Dialectis dixere* ΖΕΥΣ, *&* ΔΕΥΣ. *Vnde Latini etiam habuere ſuum vocabulum* DEVS. *Communis igitur hic, atque omnium primus cùm fuerit vniuerſorum mortalium Deus; nullus certè alius fuit, quàm quem ſacrata nobis Moſis oſtendunt monumenta, cæli terræque, & omnium conditarum in ijs rerum Conditorem: quem ſub tribus perſonis* PATRIS, FILII *ac* SPIRITVS SANCTI, *vnum verum æternumque Deum agnoſcimus, ac veneramur.* Hæc ille. Nos eiuſdem magni Dei ſummæ atque vnicæ maieſtati nugas Baſilidianas non componimus, ſed ex inſtituto, vt victimas mactare pergimus. Ac ne longiùs abeamus, ABRAXAS Λεοντοκέφαλος inſcribitur in poſtico: ΓΙΓΑΝΤΟΡΗΚΤΑ, id eſt GIGANTVM FRACTOR. Si verum ex mendacijs quærimus, contrario planè ſenſu doctrinæ Baſilidianæ, quâ homines iſti (vt Aſtrologorum hodieque benè multi) confingebant ſibi in naturæ, ac ipſius diuinitatis contemptum, artes falſas, ſpurias atque adulterinas, quarum ope & adminiculo confide-

Lib. 1. de Germaniâ antiquâ c. 9.

Sixtus ab Hemminga Præfat. ad Aſtrologiam refutatã.

confidebant, ac iactabant ſe cognita habere arcana non ſolùm inferioris & elementaris huius mundi, atque ipſos etiam inferos ſolicitare; ſed &, gigantum exemplo, cælum ipſum conſcendere, cæleſtiumque omnium conſiliorum, & diuinorum conſcios & participes fieri.

Libet obiter vanitatem magicam hîc quoque coarguere, quoniam & eiuſmodi leonum imagines, gemmæ inſculptas, annuloque incluſas, mederi calculoſis prodiderunt. Codex MS. de Sculpturis & Virtutibus lapidum, in quo referuntur ſigilla Cehel, è bibliothecâ Sereniſſimæ *Lib.3.* CHRISTINÆ Reginæ: *Si lapis inuentus fuerit habens in ſculpturam* LEONEM, *&* *ſuper eum* LVNAM *&* STELLAS; *fiat* ANNVLVS *non æneus, opifice non loquente, dum prædictus lapis recluditur in ipſo. Qui enim hunc* ANNVLVM *geſtauerit,* PETRAM *in renibus vel veſicâ non habebit, & nec dolorem lateris vel renis nullatenus ſentiet.* Hoc ne credamus, ipſa promiſſi vanitas facit, vetat religio ne experiamur; quamquam alioqui proprio experimento iam ſatis edocti aſperrimos cruciatus eſſe calculorum.

CAPVT VI.

TABVLA IX. X.

ABRAXAS *Harpocrates.*

BASILIDIANOS ſua omnia ad SOLEM retuliſſe, & Loti flos oſtendit, in eorum portentoſis amuletis ſatis frequens, cum Harpocrate inſidente; leone etiam aliquando, & lacerto, SOLIS ſymbolis, quem Porphyrius tradit, à quibuſdam LACERTVM, ab aliis LEONEM appellari. Plinius expenſâ naturâ loti arboris: *Eſt eodem,* inquit, *nomine & herba, & in Ægypto caulis in paluſtrium genere. Recedentibus enim aquis Nili riguis, prouenit ſimilis fabæ, caule folijsq́ue densâ congerie ſtipatis, breuioribus tantùm gracilioribusq́ue, cui fructus in capite papaueri ſimilis inciſuris, omniq́ue alio modo, intus grana ſeu milium. Incolæ capita in aceruis putrefaciunt: mox ſeparant lauando, & ſiccata tundunt, eoq́ue pane vtuntur. Mirum eſt, quod præter hæc traditur:* SOLE *occidente* PAPAVERA *ea comprimi, & integi folijs. Ad ortum autem aperiri, donec matureſcant, floſq́ue qui eſt candidus decidat.* Tum de ſcapo ipſo & radice loti: *Hoc amplius in Euphrate tradunt, & ſcapum ipſum, & florem veſperâ mergi vſque in medias noctes, totumq́ue abire in altum, vt ne demiſſâ quidem manu poſſit inueniri. Verti deinde, paulatimq́ue ſubrigi, & ad exortum* SOLIS *emergere extra aquam, ac florem patefacere, atque etiamnum exurgere, vt planè ab aquâ abſit altè.*

GEMMA *35. cum ſequētib.*

Lib. 4. de Abſtinēt.

L. 13. c. 17. & 18.

Lib. 4. Theophraſtus: *Qui Lotus vocatur, in planis parte maximâ*

mâ prouenit, cùm rura inundantur: huic natura caulis ſimilis fabæ, & fructus eodem modo, verùm minores gracilioreſque. Naſcitur fructus in capite, flos candidus, lilijs foliorum anguſtiâ proximus; fructus multi, ac promiſcuè denſi exeunt. SOLE *occidente ſe comprimunt, caputque integunt mirâ induſtriâ, ad ortum aperiuntur, & ſuper aquam aßurgunt; idque facit dum caput perficiatur, floreſque defluant.* Miretur hoc, qui non obſeruauerit quotidiano experimento, herbam Heliotropium abeuntem SOLEM intueri ſemper, omnibuſque horis cum eo verti, vel nubilo obumbrante. *Plinius l.2.c.41.*

Digito labiis impreſſo inſidet loto Harpocrates, de quo Plutarchus, Varro, & alij apud Angelum Politianum in Miſcellaneis, quorum hîc ego ſortem faciam ex vſurâ: *Non imperfectum eſſe* DEVM, inquit Plutarchus, *aut* INFANTEM, *aut denique* LEGVMEN *aliquod exiſtimandum, ſed rudis imperfectique ſermonis minimeque articulati Præſidem quemdam potiùs, ac moderatorem. Ex quo etiam* DIGITO LABRA COMPRIMIT, *argumentum* TACITVRNITATIS & SILENTII. Idem in Pythiæ oraculis, *vidit Ægyptios principium ortus* SOLIS *exprimere* PICTO PVERVLO, *qui* LOTO INSIDERET. Marcus autem Varro, libro de Linguâ Latinâ, ita ſcribit: *Cælum & terra, hi dei ijdem, qui Ægyptij Serapis & Iſis, etſi* HARPOCRATES DIGITO *ſignificat vt* TACEAS. De hoc etiam intelligendus Ouidius: *Cap.83.*

Sanctaque Bubaſtis, varijſque coloribus Apis, *Lib.9. Metam.*
Quique premit vocem, DIGITOQVE SILENTIA *ſuadet.*

Hunc igitur ſilentij deum ex Ægyptiis in ſua ſacra tranſtulit Baſilides, & Pythagoricum ſilentium inducens, ſuos, vt eſt in communi prouerbio, Harpocrates eſſe voluit, dum portentoſas fingit fabulas, & arcanarum ineffabi-

Niceph. l.4. Hiſt. Eccle-ſiaſt. c.2. liumque rerum ſcientiam, latentem earum ſenſum, & inuentionem in infinitum extendit; iſtaque ſilentio inuoluenda docet apud Irenæum; nec multos ſcire poſſe hæc, *L.1. c.23* ſed vnum à mille, & duo à myriadibus, ſancta ſilentio magno, ſolâ taciturnitate cæleſtia. Sic & Priſcillianiſtæ *Tertullian. aduerſ. Valentinian. cap.1. Auguſtin. l. de Hæreſib.* (qui ex Marcionis & Baſilidis olim peſte dogma conflatum ſectabantur) *docebant diſcipulos ſuos, vt iuramento interrogati & requiſiti, nihil vmquam reuelarent de illorum doctrinâ: & ad illius doctrinæ occultationem dicebant eſſe licitum periurium. Quapropter hanc ſemper in ore verſabant ſententiam:*

Iura, periura, ſecretum prodere noli.

Gemma 40. *Parte alterâ tom. 2. Oedipi Ægyptiaci, claſſe 11. cap.6.* Pænultimi atque vltimi amuleti Harpocratici hanc declarationem adfert doctiſſimus Kircherus: *In primâ*, inquit, *facie* HARPOCRATES *loto inſidens, flagellum ſiniſtrâ tenet, dextrâ ſilentium indicit. Ad radicem loti* LEO *conſpicitur currens cum hac inſcriptione:* ABRACAΞ CICIPIM, *id eſt* ABRAXAS OMNIA CIENS. *Per* LEONEM *Momphta Nilotici incrementi Præſidem intelligunt, quod aptè per ſtellam* SIOTHIS *ſeu* CANICVLÆ *capiti* LEONIS *impoſitam notant; ad ortum enim Caniculæ,* SOLE *in* LEONEM *intrante, fit inundatio Nili, Solari numine Harpocratico flagello omnem Beboniam vim aduſtiuam repellente. Nota hîc* CICIPIM *retrogrado ordine lectum* MIPICIC, *idem eſſe ac matrem Iſidem, ſiue Lunam, quæ in hoc amuleto facilè indigetatur, & Genius Nili & cooperatrix* HARPOCRATIS *ſolaris numinis. In poſticâ verò parte amuletum hæc nomina inſcripta tenet:* APXEO IAΩ MEPMENNH, *id eſt*, PRINCIPIVM IAΩ OMNIS FECVNDITATIS.

Gemma 41. *Porrò in alio amuleto figura eſt* HARPOCRATIS *ſine vllis litteris; in poſticâ tamen parte habetur inſcriptio Ægyptiaca, quæ idem eſt ac* MAGNVS IAΩ.

Cete-

Ceterùm fallitur Salmaſius, vbi ait, Baſilidianos *deum illum, quem vocarunt* Σαβαώθ, *iuuenis ſpecie pinxiſſe, cacumini herbæ cuiuſdam inſidentem, cum flagello in ſiniſtrâ manu, & alterius digito ad os admoto.* Patet ex dictis hunc non alium eſſe, quàm Abraxam HARPOCRATEM loto inſidentem; neque quidquam ad rem facit inſcriptio CABAΩ, quæ etiam in aliis Abraxis reperitur cum imagine Hecates, & ſoliti monſtri capite galli. Quâ verò formâ Gnoſtici eſſe prædicarent Σαβαώθ, quem IVDÆORVM DEVM appellabant, docet Epiphanius hiſce verbis: *Quod ad* SABAOTH *pertinet, hunc* ASINI *quidam, alij* PORCI *figurâ conſtare cenſent. Ob idque Judæis, aiunt, ſuillis carnibus interdixerat. Hunc eſſe cæli terræque conditorem, tum eorum, qui conſequuntur, cæleſtium orbium, Angelorumque ſuorum.* Et poſt pauca: *Illud porrò infelices illi ad fabulam adiunxerunt, eidem* SABAOTH *capillos eſſe muliebres. Quòd ſcilicet vocem illam* SABAOTH *Principis alicuius eſſe nomen arbitrentur, neque illud intelligant, vbicumque ita dicitur: Hæc dicit Dominus Deus* SABAOTH, *non cuiuſpiam id eſſe proprium nomen, ſed prædicando potiùs Numini velut quoddam laudationis vocabulum adhiberi. Quippe Dominus* SABAOTH, *idem Hebraicè quod* EXERCITVVM *ſignificat. Sed iſti furore atque amentiâ perciti, ad Domini ſui iniuriam eum, qui nuſquam eſt, inquirunt, & eum, qui eſt reipsâ, vel ſemetipſos potiùs perdiderunt.*

L.b.de Annis Climactericis.

Hæreſi 26

Eiuſdem originis eſt apud Gentes יהוה צבאות Iehouah Sabaoth, ſeu SABAZII IOVIS nomenclatura; cui qui initiabantur, anguem, in quem mutatus Iuppiter, ſeu draconem per ſinum ducebant. Clemens Alexandrinus: SEBASIORVM *vtique myſteriorum ſymbolum eſt Deus ſinum peruadens.* Arnobius: *Ipſa nouiſſimè ſacra, & ritus initiatio-*

Apud Euſebiũ lib. 2. de Præpar. cap. 3.

Lib. 5.

tiationis ipſius, quibus SABADIIS *nomen eſt, teſtimonio eſſe poterunt veritati, in quibus aureus coluber in ſinum demittitur conſecratis.* Firmicus denique: SEBASIVM *colentes* IOVEM, *anguem, cùm initiantur, per ſinum ducunt.*

Lib.de Errorib. profanæ relig.

CAPVT VII.

TABVLA XI.

ABRAXAS *Bromius Pater, Calix Marcoſiorum, Horus, Iſis.*

Gemma 42.

PRIMA huius tabulæ Gemmâ Bacchum repræſentari nullus dubito: in eâ ſiquidem vir coronâ radiatâ caput redimitus, demiſsâ veſte, ſiniſtram cum indice protendit ad litteram x, dextrâ calicem attollit, ſubiectâ etiam notâ Θ, quæ condemnationem, vt x abſolutionem ſignat. Ac primùm quidem radiis coronatur, quòd Liber Pater, atque Apollo, vnus idemque ſit. Vnde Macrobius: *Quæ de* APOLLINE *diximus, poſſunt etiam de* LIBERO *dicta exiſtimari. Nam Ariſtoteles, qui Theologumina ſcripſit,* APOLLINEM *&* LIBERVM PATREM, *vnum eumdemque* DEVM *eſſe, cùm multis alijs argumentis aſſeuerat, tum etiam apud Ligyreos ait in Thraciâ eſſe adytum* LIBERO *conſecratum, ex quo redduntur oracula. Sed in hoc adyto vaticinari plurimo mero ſumpto, vti apud Clarium, aquâ potâ, effantur oracula. Apud Lacedæmonios etiam in ſacris, quæ* APOLLINI *celebrant, Hyacinthia vocantes, hæderâ coronantur* BACCHICO RITV. *Item Bœotij Parnaſſum montem* APOLLINI *conſecratum eſſe memorantes, ſimul tamen in eodem &* ORACVLVM

L.1.Saturnal.

DEL-

DELPHICVM, *&* SPELVNCAS BACCHICAS *vni Deo conſecratas colunt. Vnde & APOLLINI & LIBERO PATRI in eodem monte res diuina celebratur.* Pergit deinde, & multis argumentis docet, etiam liquidioribus, SOLEM & LIBERVM PATREM eiuſdem numinis habendum.

Indicem porrigit Bacchus verſus notam abſolutionis x; quia, vt Seruius ſatis ridiculè, LIBERI PATRIS *ſacra ad* PVRGATIONEM ANIMÆ *pertinebant : & ſic homines eius myſterijs* PVRGABANTVR, *ſicut vannis frumenta purgantur. Vnde* LIBER, *ab eo quòd* LIBERET, *dictus.* *In I. Georgic.*

Primo aſpectu referebam & alteram Gemmam cum aversâ inſcriptione ΙΑΩ, ad eiuſdem Bacchi cantharum, qui etiam in Bœotiorum nummis argenteis viſitur. Nam, vt Cornelius Labeo apud Macrobium : LIBER PATER *& SOL Ἰάω ſignificatur.* Et Epiphanius de Gnoſticis : *Se,* inquit, *vnguento perfundunt, & lauant, &* CONVIVIA *celebrant, &* EBRIETATI *indulgent.* Sed ſuperpoſiti canthаro radij in modum fulminis, additaque hinc inde cornua copiæ me admonuerunt calicis Marcoſiorum, & eius gratiæ ſcilicet, & rerum omnium abundantiæ, quam ab illo ſpondebant, dum magicâ vanitate, etiam de menſâ ſacrâ, ſuas ederent præſtigias, & accumbentibus illuderent; vt apud Plinium Anaxilaus, qui *ſulphur candens in calice nouo, prunâque ſubditâ, circumferens, exardeſcentis repercuſſu pallorem dirum velut defunctorum offundebat conuiuis.* Irenæus & Epiphanius de Marco hæretico, à quo Marcoſiorum ſecta pullulauit: *Anaxilai ſomnia cum eorum, quos Magos vocant, verſutiâ coniungens, atque ijſce præſtigijs & artibus illudens, ſpectatores omnes ac fautores ſuos in ſtuporem admirationemque conuertit : quod ipſum ad hodiernam vſque diem ſectatores illius faciunt.* POCVLA VINO

GEMMA 43.

L. 1. Saturnal.

Hæreſi 26.

Lib. 35. cap. 15.

Irenæus lib. 1. c. 8. idemque apud Epiphan. Hæreſi 34.

VINO TEMPERATA, *gratiarum actionem ſimulans, & ſolemnem precationis formulam longiorem adhibens, purpurea rubraque vt appareant, efficit; adeò vt ſupernam illam cæleſtemque gratiam, ad eius inuocationem, ſuum in illa vaſa ſanguinem inſtillare putes, atque adſtantium nemo ſit, qui non liquorem hunc guſtare vehementer appetat, quò eius animum diuina illa, quam Magus implorat, gratia vberrimè perfundat. Prætereà mulieribus temperata illa* VASA *porrigens, coram ſe benedicere iubet. Tum aliud* POCVLVM *eo, cui benedictionem mulier impertijt, longè capacius proferens, & in id è minore illo transfundens, ita præfatur: Illa quæ eſt ante omnia inexcogitabilis & inenarrabilis gratia adimpleat tuum intus hominem, multiplicet in te agnitionem ſuam, inſeminans granum ſinapis in bonam terram. His dictis ſtatim infelicem illam in furorem vertit, & præſtigiarum ſe artificem comprobat. Repentè enim* MAIVS *illud* POCVLVM, *in quod* MINVS *defuſum eſt, ſic repletur, vt ſeſe liquor ſuperfundat. Hæc & ijs ſimilia pleraque faciens, compluribus illuſit, & ſecum abduxit.* Clemens Alexandrinus hanc perſtringens hæreticorum licentiam promiſcuam quidlibet in annulos inſculpendi, monet à veris Chriſtianis non rectè geri eiuſmodi pocula Gemmis impreſſa: *Neque enim*, inquit, *Idolorum ſunt imprimendæ facies, quibus vel ſolis attendere prohibitum eſt. Sed nec enſis vel arcus ijs qui pacem perſequuntur; nec* POCVLA *ijs, qui moderati ſunt ac temperantes.*

Lib. 3. Pædag. cap. 11.

GEMMA 44.

In Expoſitione Menſæ Iſiacæ.

L. 10. de Hiſtor. animal. c. 17. & l. 16. c. 5.

HORVM etiam Baſilidianum hîc damus cum barbarâ inſcriptione ΙΑΩ ϹΑΒΡΑΩ. Repræſentatur cum vpupâ, *quòd ſummè pius*, inquit Pignorius, *Oſiridem parentem à Typhone interemptum vltus fuerit.* Vpupas enim apud Ægyptios cenſeri ſcribit Ælianus, quòd in parentes piæ ſint. Idemque alibi tradit, vpupam Indorum Regi in deliciis eſſe,

eſſe, & recitat fabellam Brachmanibus familiarem, quæ pietatem in parentes commendet.

Vittis obuoluitur Horus, vt in cunis infantes; quo ſtatu deorum ſimulacra apud Ægyptios fingi ſcribit Heliodorus; quo habitu Iſidis ſacerdotes vſos fuiſſe teſtatur Apuleius vbi ait: *Antiſtites ſacrorum proceres illi, qui candido linteamine cinctum pectorale ad vſque veſtigia ſtrictim iniecti.* Lib. 3. Lib. 11. Metamorph.

Idem Horus, SOL etiam eſt cum aliis pleriſque omnibus diis Baſilidianis: nam *apud Ægyptios,* inquit Macrobius, APOLLO, *qui eſt* SOL, HORVS *vocatur: ex quo & HORÆ viginti quatuor, quibus dies noxque conficitur, nomen acceperunt, & quatuor tempora, quibus annuus orbis impletur,* HORÆ *vocantur.* L. 1. Saturnal.

Vltima huius Tabulæ Gemma, pretioſiſſimum Sereniſſimi Archiducis LEOPOLDI GVILIELMI cimelium, Iſidis Apotheoſin refert, & triumphum de repudiato Typhone. Iulius Firmicus: *In ſacris ſuis addunt tragica & funeſta calamitatis metuendæ certamina. Inceſtum cum ſorore adulteriumque aiunt commiſſum, & hoc facinus ſeueris mariti animaduerſionibus vindicatum.* ISIS *ſoror eſt,* OSIRIS *frater,* TYPHON *maritus. Js cùm comperiſſet* ISIDEM *vxorem inceſtis fratris cupiditatibus eſſe corruptam, occidit* OSIRIN, *artuatimque lacerauit, & per omnes fluminis ripas miſeri corporis palpitantia membra proiecit. Iſis repudiato* TYPHONE, *vt & fratrem ſepeliret & coniugem, adhibuit ſibi Nephten ſororem ſociam, & ANVBIM venatorem, cui ideò* CANINVM CAPVT *impoſitum eſt, quia lacerati corporis partes artificio* CANIS VESTIGANTIS *inuenit.* Eumdem Oſiridem Lactantius & Minutius Felix, Iſidis filium (vt infrà in Abraxâ Anubide) Euſebius maritum, fratrem, & filium fuiſſe ſcribunt. GEMMA 45. L. de Errore profanar. relig.

Vt vt ſit, in imo Gemmæ Iſis perditum Oſiridem luget, deque eo veſtigando init conſilium cum Cynocephalo ſiſtrato. A tergo eiuſdem Iſidis cribrum eſt, de

In I. Georgicor.

quo Seruius: *Dicitur* OSIRIDIS *membra à* TYPHONE *dilaniata* ISIS CRIBRO *ſuperpoſuiſſe.* Eam inter & Cynocephalum apparent caput angui abſciſſum, & funiculi partes compoſitæ in hunc modum ⊣ Plutarchus de eiuſmodi myſteriis ex fabulâ Oſiridis, Iſidis, Hori & Typho-

Lib. de Iſide & Oſiride.

nis: *Narrant,* inquit, *ſubinde compluribus ad* HORVM *tranſeuntibus, pellicem quoque* TYPHONIS, *nomine Thucridem, ad eum ſe contuliſſe, &* ANGVEM, *qui eum perſequebatur, ab* HORI *hominibus fuiſſe occiſum, ideoque adhuc* FVNICVLVM *in medium proÿci, & conſcindi.*

In medio Gemmæ epulæ ſunt in pompâ Iſidis celebra-

Lib. 11. Metam.

ri ſolitæ, quas Apuleius vocat *Religionis amplæ* SVAVES EPVLAS, *&* FACETA CONVIVIA.

Apuleius ibid.

A dextris accumbentium ciſta eſt, non illa *ſecretorum capax, & penitus celans operta magnificæ religionis*; ſed in quam Oſiris incluſus Typhonis inſidiis, & abiectus in

Plutarchus lib. de Iſide, & Oſiride

flumen. Narrant ſiquidem *metitum furtim* TYPHONEM *corpus* OSIRIDIS, *ad magnitudinem eius* ARCAM *apparaſſe elegantem exacteque ornatam, eamque in* CONVIVIVM *intuliſſe. Quam vbi conuiuæ cum voluptate atque admiratione ſpectaſſent, per iocum promiſiſſe* TYPHONEM *ſe dono* ARCAM *huic daturum, qui incluſus quantitatem eius exæquaret. Cùm omnes periculum feciſſent, neque cuiquam quadraret,* OSIRIM *in eam ingreſſum decubuiſſe. Ibi eos, qui intererant, accurriſſe, & operculum* ARCÆ *inieciſſe, & quà clauis externè, quà liquido plumbo immiſſo cùm obfirmaſſent, ad Nilum detuliſſe, ac in mare demiſiſſe per Taxiticum oſtium, vbi guſtatus à* LEPIDOTO, *ſiue* SQVAMEO, PHAGRO, *&* OXVRYNCHO *piſci-*

piſcibus, quos præ aliis execrantur Ægyptij. Vnde piſcis viſitur à ſiniſtris eorumdem accumbentium, atque etiam leo, reiectus ab Horo in inquiſitione Oſiridis: *Ferunt,* inquit Plutarchus, OSIRIDEM HORO *ab inferis præſtò adfuiſſe, eumque ad prælium inſtituiſſe, atque exercuiſſe; percunctatum etiam fuiſſe, quid pulcherrimum putaret. Cumque reſpondiſſet* HORVS: *Vlciſci patrem & matrem iniuriâ affectos; vlteriùs quæſiuiſſe, quodnam animal ad pugnam eunti cenſeret vtilius. Cùm* EQVVM *reſpondiſſet* HORVS, *miratum fuiſſe, & in dubium vocaſſe, quòd non* LEONEM *potiùs quàm* EQVVM *dixiſſet: reſpondiſſe* HORVM, *eſſe* LEONEM *vtilem indigenti auxilio,* EQVVM *autem facere ad inſtandum hoſti, eumque interficiendum. His auditis delectatum* OSIRIM *fuiſſe, vt qui ſatis inſtructum ad pugnam* HORVM *ſentiret.* Meminit & Apuleius *Cymbij anſati,* vbi de Pompâ Iſidis, & *vaſculi in modum papillæ rotundati, de quo lacte libabant;* quæ duo etiam in Gemmâ videre eſt. *Ibid.* *Lib. 11. Metam.*

Sub menſâ aſpis, tripus, & gallus. Ac de ASPIDE quidem idem Apuleius: *Inſurgebat* ASPIS, *caput extollens arduum, ceruicibus latè tumeſcentibus.* Per tripodem verò Suidas ſignificari ait triplicem *temporis præteriti, præſentis & futuri* differentiam. Pulcherrimo ſymbolo ipſius Iſidis, quam Apuleius vocat *Matrem ſiderum, Parentem temporum, Sæculorum progeniem initialem.* Gallum denique huic emblemati ſymbolico adhibitum fuiſſe reor, quòd hilares haſce cæremonias & feſtiua ſpectacula auſpicarentur ab ortu Solis, cui gallinaceus ſacer. Iterùm Apuleius: *Noctis atræ fugato nubilo* SOL EXVRGIT *aureus, & ecce diſcurſu religioſo, ac prorſus triumphali, turbulæ complent totas plateas.* *In Τρίπους.*

In ſummo Gemmæ ſedet Iſis velut conſecrata, expanſis brachiis, pedibus calcans Typhona, iamq́ue

Auienus. *Digna* POLI CONSORS, *& cura* LATRANTIS ANVBIS.

Accurrunt hinc inde equites duo, &, luctu in lætitiam mutato, ſigna geſtantes.

Poſtremùm ad amuleti huius Iſiaci vanitatem commendandam ſcribit Diodorus, ISIDEM *plurium inuentricem ad morbos medicamentorum, & medicinæ arti admodum contuliſſe; eamq́ue* IMMORTALITATE *quoque potitam gaudere hominum cultu, inq́ue eorum* VALETVDINE *præcipuè verſari. Quin etiam in ſomnis opitulatur palàm eis, quos cenſuerit dignos, tum oſtendens ſuum* NVMEN, *tum erga* GENTES CVRANDAS *munificentiam. Signa horum eſſe dicunt non Græcas fabellas, ſed* OPERA CERTA: *omnis enim fermè orbis* HANC DEAM *colit propter manifeſtas eius* MORBORVM CVRAS. *Etenim in ſomnis illam dicunt non rectè valentium* MORBIS AVXILIA *præbere; & qui eius monitis obtemperent, præter opinionem curari, etiam quorum Medici ſalutem deſperarint. Viſu quoque, aut aliâ corporis parte debiles, eius deæ numen implorantes, in priſtinam valetudinem reſtituuntur.* Quibus adiungit Pignorius nummum æreum Claudij Imperatoris, in quo Iſis cum ſiſtro & ſitulâ inſcribitur: SALVS AVG. Tales miſeris offucias obtrudebat diabolus.

Lib. 1.

In Expoſitione Menſæ Iſiacæ.

CAPVT

CAPVT VIII.

TABVLA XII. XIII.

ABRAXAS Κυνοκέφαλος, Ἄνουβις, Ἑρμάνουβις, *ſiue Mercurius: ſacrum Mithriacum, Sole Arietem permeare incipiente.*

De Mercurio ſcribit Lucianus, poſteaquam Iſidi in Ægyptum tranan ti præiuiſſet, ex adoleſcente Κυνοπρόσωπον factum. *Tradunt autem* (Diodori verba ſunt) *Oſiridem Ægypti Regem, regno conſtituto, rerumque omnium curâ Iſidi vxori permiſsâ, tradidiße ei* MERCVRIVM, *cuius conſilio, quoniam prudentiâ videretur excellere inter amicos, vteretur.* Idem poſteà: *Deum, qui apud eos* ANVBIS *vocatur*, CAPITE *fingunt* CANINO, *ſignificantes* CVSTODEM *corporis Oſiridis atque Iſidis fuiße. Quidam aßerunt, Iſidis canes, quo tempore Oſiris quæſitus eſt, & feras & obuios omnes amouentes, vnà Oſiridis corpus inueſtigaße. Ideoque in feſtis Iſidis præire canes pompam, veteri more antiquam erga canes gratiam oſtentante.* Euſebius de animalium apud Ægyptios conſecratione: *Sunt qui tertiam eiuſmodi cultus cauſam proferant, vtilitatem eam, quam ex hoc animantium genere perciperent, canes vſui cùm ad venationem, tum ad cuſtodiam hominibus eſſe; quam ob cauſam deum illum, quem* ANVBIM *nominant*, CANINO *eſſe* CAPITE, *vt eum Oſiridis & Iſidis Prætorianum fuiſſe militem ſignificent. Quamquam non deſunt, qui velint Iſidem, quo tempore Oſirin quæreret, præeuntes ſecum duxiſſe canes, qui feras, &* obuium

In Dialogis Marinor.

L.1.c.2.

L.2.c.4.

Lib. 2. de Præpar. Euangel. cap. 1.

obuium quemque ſummouerent. Seruius ad illa Virgilij:

Lib.8. Æneid. *Omnigenumq;* DEVM MONSTRA, *&* LATRATOR ANVBIS: *Quia*, inquit, *capite* CANINO *fingitur, hunc volunt eſſe* MERCVRIVM, *ideò quia nihil eſt cane ſagacius.* Hinc Plutarcho Ἄνουβις, & Ἑρμάνουβις, quamquam vnum ab altero diſtinguat. Mercurium porrò eumdem eſſe atque Apollinem ſiue Solem, *vel hinc apparet*, inquit Macrobius, *quòd apud multas gentes ſtella* MERCVRII *ad* APOLLINIS *nomen refertur. Et quòd* APOLLO *Muſis præſidet*, MERCVRIVS *ſermonem, quòd eſt muſarum munus, impertit. Præter hæc quoque* MERCVRIVM *pro* SOLE *cenſeri multa documenta ſunt. Primùm, quòd ſimulacra* MERCVRII *pennatis alis adornantur; quæ res monſtrat* SOLIS *velocitatem. Nam quia mentis potentem* MERCVRIVM *credimus, appellatumque ita intelligimus* ἀπὸ τοῦ ἑρμηνεύειν, & SOL *mundi mens eſt (ſumma autem eſt velocitas mentis, vt ait Homerus,* ὡσεὶ πτερὸν ἠὲ νόημα*) ideò pennis* MERCVRIVS, *quaſi ipsâ naturâ* SOLIS *ornatur. Hoc argumentum lucidiùs Ægyptij abſoluunt, ipſius* SOLIS *ſimulacra pennata fingentes, quibus color apud illos non vnus eſt. Alterum enim cæruleâ ſpecie, alterum clarâ fingunt. Ex his clarum Superum, & cæruleum Inferum vocant. Inferi autem nomen* SOLI *datur, cùm inferiore hemiſpherio, id eſt hiemalibus ſignis, curſum ſuum peragit: Superi, cùm partem Zodiaci ambit æſtiuam. Eadem circa* MERCVRIVM *ſub aliâ fabulâ fictio eſt, cùm inter ſuperos & inferos deos adminiſter ac nuntius exiſtimatur.*

Lib. de Iſide & Oſiride.

Lib. 1. Saturnal.

Sed iam ad ſingula amuleta propiùs accedamus, cuiuſmodi nonnulla, vtique in Gemmis, & mundo muliebri, Cleopatram habuiſſe docet Prudentius, vbi canit:

Lib. 2. contra Symmac.

Quaſdam victa dedit CAPITIS *Cleopatra* CANINI
Effigies.

Pri-

Primum *etſi Gnoſticorum appareat*, inquit Kircherus, *Ægyptiacum tamen eſſe, litteræ Coptæ, quibus inter Hieroglyphica ſimiles paſſim reperiuntur, clarè oſtendunt: accedit, quòd Gnoſtici nihil non ab Ægyptijs deſumpſerint.* Duæ nimirum, notante Salmaſio, præcipuè linguæ ad hæc τελέσματα *videbantur quaſi ſacræ & legitimæ, per quas aliqua efficacia imprimi crederetur conſecrationibus earum ſermone conceptis & ſcriptis, Ægyptiaca nempe & Aſſyria, ſiue Chaldaica, vt Iamblicus docet in Epiſtolâ ad Porphyrium. Rationem huius rei addit, quia ſacrarum Gentium (quales Ægyptiaca & Aſſyria cenſitæ olim fuere) ſacram quoque, & ſacris conuenientem dialectum voluerunt. Placitus ergo dijs eorum ſermo, &* συγγενὴς, *quia primæ eo ſermone Gentes deorum appellationes & cultus hominibus prodiderunt.* GEMMA 46. Prodromi Copti c. vltimo. Lib de Annis Climactéric.

Altera Gemma quantiuis pretij, Trochus eſt è Calcedonio, cum imagine Cynocephali Iſiaci. Forma eſt hexagona, angulis in cuſpidem deſinentibus, quâ cryſtallos ab ortu, & ipsâ naturâ perpetuò oriri, nec vmquam aliter, multis docet Andreas Cæſalpinus libro de Metallicis; oſtenditque flecti in cuſpidem latera deficiente materiâ; quæ cùm purior quoque ſit, & magis conſtringitur, & clarior apparet. Omnino, vt in hac Gemmâ, quam ob oculos habuiſſe videri poſſit Plinius, vbi de adamante Indico: *Quadam*, inquit, CRYSTALLI *cognatione, colore tranſlucido non differt, & laterum* SEXANGVLO LÆVORE TVRBINATVS *in* MVCRONEM. Hinc & Solino *Cryſtallus* SEXANGVLATA. Iam verò apud Poëtas crebra mentio rhombi ſeu turbinis, qui in ſacris magicis voluebatur à veneficis. Horatius in Canidiam: GEMMA 47. L. 37. c. 4. Cap. 36.

Iamiam efficaci do manus ſcientiæ
Supplex, & oro regna per Proſerpinæ,

Per

Per & Dianæ non mouenda numina,
Per atque libros carminum, valentium
Refixa cælo deuocare ſidera,
Canidia, parce VOCIBVS *tandem* SACRIS,
Citumque retrò ſolue, ſolue TVRBINEM.

Lib.9. Epigr.30 Et Martialis:

Quæ nunc THESSALICO *Lunam deducere* RHOMBO,
Quæ ſciet hos illos vendere lena toros?

Rhombum eiuſmodi etiam TROCHVM appellari ait Interpres Theocriti. Sed hanc gemmam luſoriam fuiſſe, & ad iactum aleæ digitis circumactam, facit vt exiſtimem imago vni laterum impreſſa, quæ Cynocephalum Iſidis exhibet, ſubſcriptis characteribus, humi inſidentem, opem extremam implorantis habitu, aperto ad planctum pectore, velato capite, vt in luctu, de quo Minucius Felix in Octauio: *Iſis perditum filium cum* CYNOCEPHALO SVO, *& caluis ſacerdotibus luget, plangit, inquirit: & Iſiaci miſeri cedunt pectora, & dolorem infeliciſſimæ matris imitantur: mox inuento paruulo gaudet Iſis, exultant ſacerdotes,* CYNOCEPHALVS *inuentor gloriatur, nec deſinunt annis omnibus vel perdere quod inueniunt, vel inuenire quod perdunt. Nónne ridiculum eſt vel lugere quod colas, vel colere*
L.1.c.21 *quod lugeas?* Lactantius: *Iſidis Ægyptia ſacra ſunt, quatenus filium paruulum vel perdiderit, vel inuenerit. Nam primò ſacerdotes eius deglabrato corpore ſua pectora tundunt; lamentantur, ſicut ipſa, cùm perdidit, fecerat. Deinde puer producitur quaſi inuentus, & in lætitiam luctus ille mutatur.* Hoc idem ferè accidit in aleæ ludo, qui etiam in ſacris, præſertim Ægyptiacis, vſurpabatur; vt nimirum dum illa iacitur, vel lugere cogaris quòd perdideris, vel habito Cynocephalo, ſeu quæſito vultu tali, cum eo exultare,

de

de lucro tibi gratulari, in eos denique plauſus & voces erumpere,

——— *populus quas clamat, Oſiri* *Iuuen. Satyr. 8.*

Inuento, felici ſagacitate Cynocephali. Plautus: *Pueri* PLAVDITE, *& mihi* OB IACTVM *cantharo mulſum date.* *Actu 5. Aſinariæ Sc. 2.* Apud Romanos nonnumquam, *talis iactatis, vt quiſque* CANEM *aut ſenionem miſerat, in ſingulos talos ſingulum denarium conferebat; quos tollebat vniuerſos, qui Venerem iecerat.* *Suetonius in Auguſt.* Hinc *damnoſi* CANES Ouidio, itidemque Propertio, cui & Veneris talus ſecundus: *Lib. 2. de Arte.*

Me quoque per TALOS *Venerem quærente* SECVNDOS, *Lib. 4.*
Semper DAMNOSI *ſubſiliere* CANES. *Eleg. 9.*

Contrà ac Ægyptiis accidit, apud quos Cynocephali vultus fortunatiſſimus. Et verò de tali exercitatione in ipſis ſacris Pauſanias: *Quà ad mare deſcenditur, amnis eſt Buraicus nomine. In proximâ ſpeluncâ non vtique magnum Herculis ſignum, Buraico & ipſi cognomen: Oraculi* SORTES *capiuntur ex tabulâ per* TALOS. *Qui conſultum venêre, precatione ad ſignum peractâ, votiſque nuncupatis,* TALOS *ex eâ, quæ in promptu eſt, copiâ iaciunt quatuor ſuper menſam. Inſcripti ſunt certis notis* TALI *ſinguli: earum illi notarum interpretationem in tabulâ, ſimilitudinem ſecuti, requirunt.* *Lib. 7. in Achaicis* Apuleius de Pompâ Iſidis: *Gaudio delibuti populares,* TALOS, *verbenas, corollas ferentes, exoſculatis veſtigijs deæ, quæ gradibus hærebat argento formata, ad ſuos deſcendunt lares.* *Lib. 11. Metam.* Clemens Alexandrinus de vſu arcano & ſacro non tantùm tali, ſed etiam trochi, rhombi ac turbinis, vbi de myſteriis Bacchi apud Euſebium: *Non inutile fuerit* ARCANI SACRI *ſymbola, inutilia licet, hoc loco ſubijcere, vt omnium iudicio ſenſibuſque damnentur. Sunt hæc:* Ἀστράγαλος, Σφαῖρα, Στρόβιλος, Μῆλα, Ῥόμβος, Ἔσοπτρον, Πόκος. *Lib. 2. de Præpar. Euang. cap. 3.*

TALVS, *pila*, TROCHVS, *poma*, TVRBO, *ſpeculum*, *vellus*. Idem ſuprà: *Iam verò & Ægyptiorum penetralia, & manium apud Hetruſcos vaticinationes in tenebris iaceant: veſanæ profectò illæ ſunt infidelium hominum fallendi artes, & comparatæ ad puram putamque fraudem, quaſi* ALEÆ *&* SORTIS *officinæ*. Acutè, vt ſolet, Firmicus: *O miſer homo,* INVENISSE *te neſcio quid gaudes, cùm animam tuam ex* ISTIS SACRIS *per annos ſingulos perdas. Nihil illic inuenis niſi* SIMVLACRVM *quod ipſe poſuiſti, niſi quòd iterùm aut quæras, aut lugeas. Quære potiùs ſpem ſalutis, quære exordium lucis, quære quod te ſummo Deo aut commendet, aut reddat. Et cùm veram viam ſalutis inueneris,* GAVDE, *& tunc erectâ ſermonis libertate* PROCLAMA: Εὑρήκαμεν, συγχαίρομεν, *cùm ab his calamitatibus poſt pœnitentiam tuam ſummi Dei fueris indulgentiâ liberatus.*

Lib. de Error. Profan. religion.

GEMMA 48.

In tertio huius tabulæ amuleto ſedet Anubis, quem adorat homo nudus & proſtratus, interpoſito fulmine triſulco, & ſuppoſito cancro. De hoc portentoſo ſimulacro eiuſque cultu Iuuenalis:

Satyr. 15

Oppida tota CANEM *venerantur.*

L. 1. Carminum.

Et Sedulius:

Quis furor eſt? quæ tanta animos dementia ludit?
Vt volucrem, turpemque bouem, tortumque draconem,
Semihominemque CANEM SVPPLEX HOMO PRONVS ADORET?

Certè Gnoſtici Baſilidiani nudi, vt Gemma exhibet, ac manibus pollutione ſuâ contaminatis orabant. Epiphanius: *Cùm inſaniam in ſeipſis conceperint, imbutis manibus turpitudinis ſuæ ſurgunt, & manus ſuas inquinatas habentes,* NVDI TOTO CORPORE PRECANTVR. Kircherus ſcribit, eſſe *Taliſma aſtrologicum*, SOLE *in* CANCRO *conſtituto inci-* *ſum*

Hæreſi 26 Parte alterâ tom. 2. Oedipi Ægyptiaci, claſſe 11. cap. 6.

ſum horâ IOVIS , *quo ſubtilitatem intellectus & honores geſtantes, illud ſe impetrare à* MERCVRIO *&* IOVE *putabant.*

De ſequenti Gemmâ, quæ eſt prima tabulæ XIII. idem Kircherus: *Taliſma, ſeu camæa eſt* ANVBIDIS, *dextrâ baculum* κειόμορφον, *ſiniſtrâ enſem portans, &* MERCVRIO *dedicatum eſt, quo & fecunditatem & malorum profligationem ſibi ſpondebant.* GEMMA 50.

Amuleti 51. ſchema eidem Kirchero OSIRIS *eſt* Ἱερακόμορφος, *calathum in capite portans, manu dextrâ baculum cucucomorphum cum lituo & gnomone, ſiniſtrâ crucem anſatam in formam biſurcatam geſtans, & notat* SOLARE *numen per* ACCIPITRINVM *caput ſignificatum.* Sed huic viri doctiſſimi interpretationi repugnat αὐτοψία, quæ & ſubiectâ non multùm abſimili Gemmâ Rubenianâ confirmatur. GEMMA 51. GEMMA 53.

Anubim item videre eſt ringentem, reticulatâ ad pectus veſte, cetera ſindone tectum, & cum ſitulâ, quæ in ſacris Iſidis geſtabatur. Lucianus in Deorum Concilio: *Hæc omnia adhuc mediocria, & aliquo modo ferenda ſunt: ceterùm tu, ô* CANINO RICTV *hyans Ægyptie, qui* SYNDONE *amictus es, quiſnam eſſe gloriaris, ô optime, aut quomodo* DEVS *eſſe contendis* LATRANDO? Idem in deâ Syriâ: VAS *vnuſquiſq; aquâ repletum* PORTAT, *idq; cerâ obſignatur.* GEMMA 52.

De penultimo Cynocephalo, Fortunius Licetus: *Profectò qui pingitur in ſchemate* CYNOCEPHALVS, *dextrâ manu caduceum, ſiniſtrâ gerens palmæ ramum viridem,* ANVBIS *eſt, Ægyptiorum Rex, ob rectè gubernatam Rempublicam à ſubditis inter deos relatus, & eâ formâ cultus* MERCVRIVS. Sed malè edita fuerit Gemma, in cuius archetypo haud dubiè læuâ caduceum, dextrâ palmam geſſerit Mercurius, & qualis apud Apuleium: *Attollit* CANIS *cerui-* GEMMA 54. *Lib. de Gemmis Annularib. c. 106* *Lib. 11. Metam.*

ceruices arduas ANVBIS, LÆVA CADVCEVM *ferens*, DEXTRA PALMAM *virentem quatiens*. Macrobius de caduceo eiuſdem Mercurij : *In Mercurio*, inquit, SOLEM COLI *etiam ex* CADVCEO *claret, quòd Ægyptij in ſpecie draconum maris & feminæ coniunctorum figurauerint Mercurio conſecrandum. Hi dracones parte mediâ voluminis ſui inuicem in nodum, quem vocant Herculis, obligantur, primæque partes eorum reflexæ in circulum, preſſis oſculis ambitum circuli iungunt; & poſtmodum caudæ reuocantur ad capulum caducei, ornaturque alijs ex eâdem capuli parte naſcentibus. Argumentum caducei ad genituram quoque hominum, quæ Geneſis appellatur, Ægyptij protendunt, deos præſtites homini naſcenti quatuor adeſſe memorantes,* δαίμονα, τύχην, ἔρωτα, ἀνάγκην. *Et duos priores* SOLEM *&* LVNAM *intelligi volunt, quòd* SOL *auctor ſpiritus caloris ac luminis, humanæ vitæ genitor & cuſtos eſt; & ideò naſcentis Dæmon, id eſt Deus creditur.* LVNA Τύχη, *quia corporum præſul eſt, quæ fortuitorum varietate iactantur. Amor oſculo ſignatur, Neceſſitas nodo.*

Lib. 1 Saturnal.

GEMMA 55. Gemmam vltimam retulit etiam Kircherus ex Pignorio, atque ita interpretatus eſt: *Figura humana, duobus capitibus* CANINIS, *palmam in manu dextrâ tenens, ſtellis circumdata, infra quam veluti homo è tumulo ſurgens conſpicitur. Quo quidem nihil aliud indigetatur, niſi* ANVBIS, *ſeu* MERCVRIVS, *teſte Plutarcho, vtriuſque horizontis, inferi & ſuperi, cuſtos; ac proinde* DVOBVS *capitibus* CANINIS *pingitur. Hic idem animarum ex inferis reductor à Diodoro deſcribitur; hinc palmam victoriæ ſymbolum geſtat, & flammam, quâ indicatur animas à pœnis perſolutis apud inferos, ſingulas ſphæris & ſtellis mox inuehendas.* Additque huic amuleto ſimile eſſe illud, quod nos numero 49. exhibemus, in quo Mercurius Κυνόμορφος biceps, cum duabus

GEMMA 49.

figuris

figuris ſupra canales binos vaſis Nilotici. Sed non animaduertit vir alioqui perſpicaciſſimus, figuræ humanæ, quam dicit eſſe duobus capitibus caninis, alterum caput humanum eſſe, alterum dumtaxat caninum ab huius ceruicibus prodiens. Præterea nihil adfert de cultro, ſeu gladiolo, qui velut obijcitur gutturi ſurgentis è tumulo. Quocircà ſi mihi liceat ſcripſiſſe quæ in mentem veniunt, non diſſimulabo exiſtimare me, hanc gemmam nihil aliud eſſe, quàm imaginem quamdam ſacri Mithriaci, & Solis Arietem permeare incipientis; vnde & illi à fronte cornua naſcentia. Nam in Mercurio Solem coli, imò Mercurium eumdem eſſe atque Apollinem, iam ex Macrobio docuimus;nec flammam, ſed aſpergillum, quale in nummis inter inſignia Pontificatus, geſtare videtur mithras. Et Tertullianus, Lampridius, Suidas, alijque memorant,intinctos aquâ Mithræ initiandos: mimicum etiam referunt eorumdem martyrium, redemptionem coronæ ſub gladio, eamdem coronam oblatam ac reiectam interpoſito item gladio. Quæ omnia tam appoſitè, tam accommodatè refert & hæc Gemma, vt magni interſit eam intueri attentiùs; cùm nihil ad maiorem lucem illis ſcriptoribus faciendam adferri poſſit, niſi quis moroſior coronam pro palmâ deſideret, perinde ac ſi vtrumque non ſoleret vſurpari pro ſymbolo victoriæ, quam Mithras expectare iubebat ficto illo martyrio milites ſuos initiatos. Iulianus Imperator de Sole, cùm in Arietem intrat, animas ſurſum euehente, vt in Gemmâ, deque illius eiuſmodi arcanis ſacris: *Quòd*, inquit, *à terrâ* *Orat. 5.*
SOL *trahat omnia, quòd ea velut fomento quodam & admirabili calore ſuſcitet ac vegetet, cùm, vt opinor, ad exquiſitam ſubtilitatem ſegregando excernendoque corpora producit;*

tum quòd ea, quæ deorſum vergunt, attollat ac ſubleuet, ex ijs occultarum illius virium argumenta capere licet. Nam qui corporeo calore talia in corporibus efficit, nónne per arcanam, corporisque prorſus expertem, ac diuinam ſinceramque radijs illius inſidentem naturam, multò magis ad ſe FELICES ANIMAS *attrahet & extollet? Quocircà cùm ex ijs, quæ dicta ſunt hactenus, conſtet, lumen iſtud dijs immortalibus, ijsque qui* ATTOLLERE *ſeſe cupiunt, eſſe cognatum; idem verò hoc in mundo noſtro creſcere tum ſoleat, & dies eſſe nocte longior, quando* ARIETEM *permeare* SOL *rex incipit: vnà illud oſtendimus, eiuſdem Dei radios vim quamdam habere* SVBVEHENDI, *non manifeſtâ ſolùm efficacitate, ſed etiam occultâ: quâ quidem* INNVMERABILES ANIMÆ IN SVBLIME PROVECTÆ *ſunt, ſplendidiſſimum è ſenſibus,* SOLIQVE *maximè ſimilem ſecutæ. Iam verò ſi arcana illa & myſtica perſequi velim, quæ circa ſeptem radijs inſignem deum Chaldæus celebrauit, vt per illum* ANIMAS IN SVBLIME *prouehat, obſcura quædam eloquar, & in vulgus ignota maximè; tametſi beatis illis hominibus, qui Theurgicis ſacris operantur, probè ſint cognita. Ideò hæc in præſenti ſilentio præteribo.* Tertullianus de aquæ intinctione, & ficto martyrio in eiuſmodi ſacris: TINGIT *& ipſe* [diabolus] *quoſdam vtique credentes & fideles ſuos; expiationes delictorum* DE LAVACRO *repromittit, & ſic* INITIAT MITHRÆ, *ſignat illic in frontibus* MILITES SVOS, *celebrat & panis oblationem, &* IMAGINEM RESVRRECTIONIS *inducit, &* SVB GLADIO *redimit* CORONAM. Idem alibi de Mithræ milite: *Cùm initiatur in ſpelæo, in caſtris nempe tenebrarum, coronam* INTERPOSITO GLADIO *ſibi oblatam quaſi mimum martyrij, dehinc capiti ſuo accommodatam, monetur obuiâ manu capite depellere.*

Lib. de Præſcriptionib.

Lib. de Coronâ Militis

Ritu

Ritu haud abſimili, quamquam magis ſerio, apud Li-
uium: *Admouebatur altaribus* MILES, *magis vt* VICTI- *Lib.* 10.
MA *quàm vt ſacri particeps; adigebaturque iureiurando,*
quæ viſa auditaque eo in loco eſſent non enuntiaturum. Dein
iurare cogebatur (circumſtantibus centurionibus STRICTIS
GLADIIS) *diro quodam carmine, in execrationem capitis fami-*
liæque compoſito, ni iſſet in prælium quò Imperator duxiſſet;
& ſi hi, aut ipſe ex acie fugiſſet, aut ſi quem fugientem vi-
diſset, non extemplò occidiſset. Et apud Ammianum Mar-
cellinum: *Iuſſi vniuerſi in eius* [Iuliani Cæſaris] *iurare no-* *Lib.* 21.
men, GLADIIS CERVICIBVS SVIS *admotis, ſub execra-*
tionibus diris, verbis iurauêre conceptis. Hinc colligit Io. Ia- *Lumine*
cobus Chifletius parens meus, multiſque exemplis oſten- 13. *Præ-*
dit, morem fluxiſſe, quo hodieque gladius ceruici ad- *rogat. ad Vindicias*
mouetur tyronis, honore Militiæ initiandi, quod vulgò *Hiſpani-*
appellant *La Collée.* Vnde & in Hiſpaniâ perduellionis *cas.*
reos, vt militaribus inſignibus indignos & exautoratos,
retrò, & à ceruicibus capite minuunt; alios facinoroſos
iugulant aduerſo ictu, ac minùs infami, quod vocant *De-*
gollar.

SOLI DEO HONOR ET GLORIA.

CAPVT

CAPVT IX.

TABVLA XIV.

ABRAXAS *Hecate*, Κερκοπίθηκος, *Serpentarius*.

HABVERVNT & ſua Hecateia carmina Baſilidiani, quibus deam placarent tricipitem, triuiam, triformem, ac mero dæmonis figmento diuinos honores habitum irent, Magis ipſis deteriores. Iulius Firmicus: *Mulierem* TRIFORMI VVLTV *conſtituunt*, MONSTROSIS *eam* SERPENTIBVS *illigantes. Quod ideò faciunt, ne ab auctore ſuo diabolo aliquâ ratione diſſentiant; ſed vt dea ſua* SERPENTIBVS *polluta, maculoſis diaboli inſignibus adornetur.* Prudentius contra Symmachum:

Lib. de Errore profanar. relig.

Lib. 1.

Si verum quæris, TRIVIÆ *ſub nomine dæmon*
Tartareus colitur.

Idyll. 2. Theocriti Scholiaſtes: Ἑκάτη καλεῖται δαδοῦχος, καὶ φωσφόρος. HECATE *dicitur* TÆDIFERA, *&* LVCIFERA. Apud Euſebium:

Lib. 5. de Præpar. cap. 14.

Tetra ſit forma HECATES,
LAMPAS *in manu ardeat.*
Et potens vis dæmonum,
Plurimus FLAGRI *ſonor.*

Vipereum flagrum appellat Prudentius:

——*putatur*
Agmina VIPEREO *ſuperis inducere* FLAGRO.

Lib. 3. de Præpar. cap. 11. De calatho, quem fert supernè, Porphyrius apud eumdem Euſebium: *Eamdem* [Lunam] *rurſus* HECATEN *nominant,*

minant, ob formæ, quam in eâ cernimus, varietatem, cui vis etiam diuerſa reſpondeat. Itaque ſic ea vis triplici formâ figurâque diſtinguitur, vt nouilunium quidem albâ veſte, aureis ſandalijs, FACIBVSQVE SVCCENSIS *repræſentet:* CALATHVS *autem is, quem ipſa geſtat, vbi altiorem in locum ſubuecta iam eſt, frugum maturitatis, quam ijs circa* LVMINIS *incrementum alendis efficit: æreus denique ſandaliorum color, plenilunij ſymbolum habeatur.* Tædas, lampades, flagra etiam viperea, & calathos exhibent allatæ Gemmæ Baſilidianæ, quarum prima extat apud Pignorium, in cuius poſtico Sigalion inſidens loto, cum ſolitâ Baſilidianorum inſcriptione ΙΑΩ ϹΑΒΑΩ; altera apud Philippum Chifletium Abbatem: vt inde comperta habeamus hæreticorum eiuſmodi cum Magis commercia, quæ perſtrinxit Tertullianus. Nam & eamdem Triuiam in numiſmate æreo, alterâ parte ſolito monſtro Abraxæ inſignito, vidit Macarius; & multis manibus horrificam cerni in veteri item numiſmate æreo penes Ioannem Baptiſtam Altinum, teſtatur Rigaltius. Planè ad præſcriptum ipſius Hecates, quæ de ſuâ imagine, non lapide tantùm, ſed & ebore, auro argentoque effingendâ, ita canit apud Euſebiũ:

GEMMA 56.

GEMMA 57.

Lib. de Animâ cap. 57.


In Notis ad Minutium.

Lib. 5. de Præpar. cap. 5.

Cui non mortali iucundus in ÆRE *character,*
ARGENTOVE *nitens, aut* FVLVO *impreſſus in* AVRO?
Cui non chara homini, quæ cælitus ipſa gubernans
Diuerſas hominum ſoleam connectere ſortes?

Quibus, addit Euſebius, *oſtendunt dæmones, non ipſos modò* CHARACTERES *placere ſibi, verùm etiam ſeſe ijs circumſcribi, ac veluti ſacro domicilio contineri.* Sunt hi characteres & amuleta ſententiæ ſubinde nullâ vi dotatæ, vel temerè vt plurimùm ſculptæ litteræ, quales Epheſiæ, quas ſcripſit Anaxilas apud Athenæum, quemdam in conſutis

Ioannes Heurnius lib. 3 Methodi ad Praxim, c. 27

tis ſcutarijs, id eſt minutis coriis, habuiſſe, felicitatem promittentes. De ſimilibus Auctor libri de Sigillis lapi-
L.3.c.17. dum, quem ineptè Camillus Leonardus tribuit Salomoni: *Caput & collum ſculptum in viridi iaſpide ſi inueneris, liga in annulo argenteo vel æreo, feras illud, & nullo modo peribis: & in annulo ſcribe iſtas litteras*, B. B.P.P.N.E.N.A. *& ſaluabitur corpus tuum ab omni infirmitate, & maximè à febre vel hydropiſi; & ad capiendum aues dat magnam gratiam. Et eris rationabilis, & amabilis in omnibus rebus.*
L.10.c.1 *In prælijs ac placidis ſummus eris.* Alexander Trallianus de medicamentis, quæ alligari ſolent aduerſus dolores colicos: *Annulum ferreum accipito, ac circulum ipſius octangulum efficito, atque ita in octangulum inſcribito :* Φεῦγε, φεῦγε, ἰοὺ χολή, ἡ κορυδαλὸς ἐζήτει. *hoc eſt, Fuge, fuge, heu bilis, alauda quærebat. Subiectam autem figuram in annuli caput ſcribito* . *Huius magnam habui experientiam, ac abſurdum putaui tantum medicamentum, naturali vi colico aduerſum, non vobis tradere. Paretur autem præfiguratus annulus decimo ſeptimo, aut vigeſimo*
Cap.29. *primo die Lunæ.* Ad eumdem morbum Marcellus: *Scribere debes in laminâ aureâ de graphio aureo infrà ſcriptos characteres Lunâ primâ vigeſimâ, & laminam ipſam mittere intra tubulum aureum, & deſuper operire, vel inuoluere tubulum ipſum pelle caprinâ, & caprinâ corrigiâ ligare in pede dextro, ſi dextra pars corporis colo laborabit, aut in ſiniſtrâ, ſi ibi cauſa fuerit, habere debebit. Hi ſunt characteres ſcribendi in aureâ laminâ:*

L ★ M Θ R I A.
L ★ M Θ R I A.
L ★ M Θ R I A.

Ioannes Heurnius lib.3. Methodi ad Praxim, c.27. Mera dæmonomagia, quæ à verbis aut characteribus nullam potentiam ſortiri poteſt. Eſt enim gentis à Deo auer-

ſæ

ſæ ſuperſtitio, quam explodens Euſebius: *Quid tandem, inquit, homines ad aliquem huius vitæ fructum ex maleficis præſtigijs auferre poſſunt? quidnam Deo gratum habeat vecors & ſtolida inanium ſimulacrorum ſuperſtitio? Cuiuſnam porrò diuinæ poteſtatis imagines cenſeri debeant, effigies hoc genere configurationis expreſſæ? An non colendæ Philoſophiæ potiùs, quàm Magicarum & prohibitarum artium ſtudia conſectandi auctores illos atque hortatores eſſe oportuit? cùm præſertim vitæ ratio ex virtutis ac philoſophiæ præceptis inſtituta ad benè beateque viuendum ſatis eſſe poſſit.* *Lib. 5. de Præpar. cap. 34.*

Simium quoque adorarunt Veteres illi veræ religionis ignoratione occæcati, caudatumque illum, quem adeò Cercopithecum appellabant. Lucianus in Deorum Concilio: *Pudet me ciconias percenſere, &* SIMIAS, *& hircos, atque his longè abſurdiora, quæ neſcio quo modo ex Ægypto vſque in cælum aſcenderunt.* Idem de Sacrificiis: *Si in Ægyptum proficiſcaris, ibi demum, ibi videbis permulta religioſa planèque cælo digna: puta Iouem arietino vultu; Mercurium verò illum optimum facie caninâ; Panem verò totum hircum. Ad hæc alium Ibim, alium Crocodilum, alium etiam* SIMIAM. Hinc Iuuenalis:

Quis neſcit, Voluſi Bithynice, qualia demens *Satyr. 15*
Ægyptus portenta colat? Crocodilon adorat
Pars hæc, illa pauet ſaturam ſerpentibus Ibim.
Effigies ſacri nitent aurea CERCOPITHECI,
Dimidio magicæ reſonant vbi Memnone chordæ,
Atque vetus Thebe centum iacet obruta portis.

Et apud Prudentium Romanus martyr:

Venerem precaris? comprecare & SIMIAM: *Peri Stephan. Hym. 10.*

Horapollo de Cynocephalo Cercopitheco cum ſcirpeo ſtylo, cuiuſmodi apparet in Gemmâ, additâ inſcriptione GEMMA 58.

 IAΩ:

L.1.Hie-rogl.c.14 IAΩ: *Litteras*, inquit, *Ægyptij demonſtrantes*, CYNOCEPHALVM *pingunt, quia eſt cognatio quædam, & genus* CYNOCEPHALORVM, *qui litteras norunt. Quapropter vbi primùm in ſacram ædem ductus fuerit* CYNOCEPHALVS, *tabellam ei ſacerdos apponit vnà cum* SCIRPEO STYLO, *ac atramento : nimirum vt periculum faciat, ſítne ex eo* CEPHALORVM *genere, qui litteras norunt.* Tum de miro cum Lunâ eiuſdem CYNOCEPHALI conſenſu: *Lunam demonſtrantes* CYNOCEPHALVM *pingunt : propterea quòd animal hoc conſenſum quemdam cum deæ congreſſu, ex quo & affici ſoleat, habet. Vbi enim aliquanto tempore* LVNA *cum* SOLE *congrediens, expers luminis opacáque permanet, tum mas quidem* CYNOCEPHALVS *nec quóquam intuetur, nec veſcitur : ſed demiſſo in terram vultu indignabundus, velut* LVNÆ *raptum deplorans, triſtatur. Femina verò nuſquam oculos contorquet, eademque cum mare patitur.* LVNAM *autem* ORIENTEM *indicare volentes, rurſum* CYNOCEPHALVM *hoc habitu pingunt* STANTEM, MANVSQVE IN CÆLVM TOLLENTEM. *Hac autem figurâ ad* LVNÆ ORTVM *demonſtrandum, depingunt* CYNOCEPHALVM, *quòd hoc habitu videatur* CYNOCEPHALVS *deæ congratulari, quòd ambo,* SOL *inquam &* LVNA, *luminis participes ſint.* Hæc ille, non ambiguæ profectò ſignificationis ad alteram Gemmam explicandam, in quâ & Harpocrates loto inſidens, & vpupa, criſtâ plicatili viſenda, Alberto Magno, & Euaci, *Auis tota præſtigioſa atque auguralis.*

Gemma 59.

Gemma 60. Lib.3. de Lapidibus & Gemmis. Tertia Serpentarium refert, de quo Camillus Leonardus: *Eſt*, inquit, SERPENTARIVS, *hominis figura, habentis ſerpentem cinctum, tenentis in dextrâ caput, & in ſiniſtrâ caudam. Eſt in ſigno Scorpionis, & in Septemtrione; naturam habet Saturni ac Martis. Virtus eius, ſi in lapide ſculptus eſt,*

valere

valere contra venena, venenoſorum animantium morſus curare: & ſi lotura eius bibatur, facit venenum euomere ſine aliquâ læſione. Nugæ. Ad Ophitas venio, nec rumpet ſerpens iter inſtitutum, quamquam occurſum eius valdè ominoſum Veteres credidere.

CAPVT X.

TABVLA XV. XVI. XVII.

ABRAXAS Ὀφιόμορφος.

OPHITÆ, inquit Epiphanius, *à Nicolao & GNOSTICIS, ac prioribus alijs ſectis* Hæreſi 37. *effloruerunt; quos* OPHITAS, *hoc eſt* ANGVINEOS, *ab* ANGVE *illô, quem celebrant, appellare ſolent. Sed horrenda ſanè ſunt, quæ homines iſti, vt ita dicam, eructant, ex illo eſu, velut tetro quodam odore referti.* SERPENTEM *quippe* NOVI *cuiuſdam inſtar* NVMINIS *venerantur.* CHRISTVM *ſe illorum eſſe* SERPENS *prædicat; vel minimè ipſe quidem, neque enim loqui poteſt: ſed qui talem iſtorum mentibus cogitationem iniecit diabolus. Ecquis verò ſtatim ac* SERPENTEM *viderit, non hoſtem animaduertat, ac fugiat? Hanc enim ob cauſam Dominus* SERPENTEM *inter, hominumque genus hoſtiles inimicitias immiſit, quòd omnino diabolus beſtiæ genus iſtud velut inſtrumentum adhibuiſſet, hominemque intra paradiſi ſepta decepiſſet; vt qui externi* SERPENTIS *hoſtilem ſpeciem conſpicati fuerint, ab eius inſidijs caueant, ac vel ipſum, vt ita dicam, conſpectum illius exhorreſcant.* OPHITÆ *verò huic ſcientiam omnem tribuunt, itaque profitentur,*

SERPENTEM *hominibus ſcientiæ omnis auctorem exſtitiſſe: indeque* FABVLAS MERAS, *quas pro* MYSTERIIS *habent, commenti ſunt; cùm nihil aliud præter mimorum ludicra ridicula prorſus & inania ſint.* Tertullianus de iiſdem: *Qui* OPHITÆ *nuncupantur*, SERPENTEM *magnificant in tantum, vt illum etiam ipſi* CHRISTO *præferant: ipſe enim, inquiunt, ſcientiæ nobis boni & mali originem dedit. Huius animaduertens potentiam & maieſtatem Moyſes, inquiunt,* ÆREVM *poſuit* SERPENTEM, *& quicumque ipſum aſpexerunt, ſanitatem conſecuti ſunt. Ipſe, aiunt prætereà,* CHRISTVS *in Euangelio ſuo imitatur* SERPENTIS *ipſius ſacram poteſtatem, dicendo: Et ſicut Moyſes exaltauit* SERPENTEM *in deſerto, ita exaltari oportet Filium hominis.*

Lib de Præſcriptionib. cap.47.

Diuinitatis aliquâ portione reſperſos angues ſenſit & ille Taautus, litterarum inuentor, & ſcribendorum commentariorum auctor, de quo Sanchuniatho apud Euſebium: DRACONIS *&* SERPENTIVM *naturæ* DIVINITATEM *aliquam tribuebat, quam opinionem Phœnices & Ægyptij poſteà comprobarunt. Enimuerò genus hoc animantis, præ cunctis reptilibus, vi & copiâ ſpiritus abundare docet, eiuſque naturam igneam eſſe; quod etiam propterea celeritatem, inquit, præ ſe fert omni exceptione maiorem, cùm neque pedum, neque manuum, neque alterius cuiuſquam exterioris membri adminiculum habeat, cuiuſmodi ſunt, quibus ad motum reliquæ animantes vti ſolent. Præterea varias ac multiplices corporis formas oſtendit, ac ſinuoſis intortum ſpiris, ſeſe quàm libuerit incitato vibrat impetu. Diuturnæ admodum vitæ eſt, nec ſolùm exuto ſenio iuueneſcit, verùm etiam maiora corporis ſimul ac virium accipit incrementa, donec tandem, confecto certo annorum curriculo, in ſeipſum diſſoluatur; quem-*

Lib. 1. de Præpar. Euangel. cap. 9.

quemadmodum in ſacris etiam tabulis idem Taautus ſcriptum reliquit. Id quod in cauſâ fuit, cur hoc animantium genus in ſacris pariter atque myſterijs adhiberi ſoleret. Eadem inſuper de Taauto tradit Oſtanes, in eo quod Octateuchum inſcripſit, volumine. *Reliqui autem omnes*, addit Euſebius, *principem illum ſecuti, de rerum naturâ philoſophati ſunt: ac primis elementis* SERPENTIVM *formâ, in templis, quæ conſtruxerant, ſolemni ritu dedicatis, cùm ſacrificia, tum feſtos quoque dies, & Orgia celebrarunt, quòd illos* DEORVM MAXIMOS *eſſe, rerumque omnium principes ac moderatores putarent.* Imò inter diuos ipſos nullum fermè fuiſſe numen diuinum, quod non anguis auſpicio, neceſſitudine, conſortio ſe conſepſerit, fulciuerit, muniuerit, haud ita pridem ſigillatim demonſtrauit egregius naturæ Myſta M. Antonius Seuerinus. Nec priſcis tantùm ſæculis, ab Ægyptiis, Græcis, Romanis, ſed & longè recentioribus, ab aliis etiam gentibus diuinos honores ſerpenti tributos docet Iacobus Ouzelius, ſuis ad Minutium animaduerſionibus. Vt in mentem veniat mirari cum Pignorio, *hominum ſtoliditatem, qui à Deo Opt. Max. ita aberrarent, vt ſordidum hoc animal venerarentur. Tanto ſtudio diabolus triumphati hominis ſymbolum, vt aſſereret, laborauit: credo, vt eam iacturam reſarciret, quam olim fecerat, cùm* SERPENTEM *Deus inter omnia animantia & beſtias terræ* MALEDICTVM *eſſe iuſſerat.*

Lib. de Viperâ Pythiâ.

In Expoſitione Menſæ Iſiacæ.

Gnoſtici & Baſilidiani adeò magni fecêre hanc notam impietatis, vt Gemmas complures eius imagine conſignarint. Eam, quam retuli pænultimo loco, cùm miſiſſem Gottifredo Wendelino noſtro, iuſſu Sereniſſimi Auſtriæ Archiducis LEOPOLDI GVILIELMI, qui cognitâ perſpectâque ſubinde Tornaci omnifariâ eruditione optimi ac doctiſſi-

GEMMA *61. cum ſequent.*

GEMMA *69.*

doctiſſimi ſenis, eius reſcire mentem voluerat de anticâ & poſticâ inſcriptione lapidis huius Calcedonij; in hanc ille mihi ſententiam reſpondit:

ERVDITÆ PIETATIS CVLTOR, CANDIDISSIME CHIFLETI, A WENDELINO TVO SALVE.

POST acceptas ante iſtud octiduum tuas litteras, quòd non reſponderim è veſtigio, cauſa fuit benè iuſta, etſi (non ſine periculo aliquantulæ offenſionis à Sereniſſimo AVGVSTALI PRINCIPE) moroſa. Dum enim Gemmæ genuinam Interpretationem circumſpicio ſanè quàm anxiè, omniaque excutio, quæ pro æuo illo Gnoſticorum cognoſcendo Patres antiqui ſubminiſtrant; vix tandem (ſi porrho iam tandem) viſus mihi ſum hunc ſenſum inſcriptum exſculpſiſſe.

Serpens caudam ſuam mordicus premens, ex Hieroglyphicis Hori Apollinis, quæ circumferuntur, Mundum Æuumque denotat, & REGEM, adeoque & REGEM REGVM ipſum CHRISTVM DOMINVM; etiam pro ſenſu ſanctorum Patrum, atque ipſiuſmet CHRISTI: qui ſe præfiguratum exſertè docuit per SERPENTEM, quem Moſes exaltauit in deſerto. Et quoniam mundus, æuum, atque annus ſuis partibus conſtant quaternis, Oriente, Occidente, Meridie, Septemtrionibus: rurſum, Vere, Æſtate, Autumno, Hieme; omniaque illa complectitur numerus dierum 365. per menſes XII. idcircò quaternarius iſte numerus quatuor ſtellis adpictis ſcitè repræſentatus eſt. Et intra ſerpentis ipſius complexum litteræ, Z Z E non aliæ ſunt quàm T Ξ E, ſeu τ' ξ' ε' numerum exhibentes 365. dierum in anno.

Π ⋖ denotant πλήρωμα repletionem, *plenitudinem ſacri temporis*; quod aduenerit poſt Υ' Ε' 405. annos: qui ſunt ab anno 30. Artaxerxis (quo crediderunt à Nehemiâ muros Hieroſo-

roſolymorum fuiſſe abſolutos, iuxta quartum Eſdræ cap. 7.) vſque ad mortem Chriſti Domini. Neque miraberis Z ſculptum loco T, vti nec Π ≺ loco ΠΑ, nempe ≺ pro Λ. hæc enim aliaque ſimilia conſpiciuntur in Nummis & Inſcriptionibus, atque etiam libris vetuſtioribus: præterquam quòd ipſa manus ſculptoris non ſemel titubauit; vt cùm loco ABRACAZ ſculpſit ABRACCZ nullo ſenſu: vt cùm poſt vocem KAMAPIC ſubiunxit CC loco COI: præter etiam ſeu ſolœciſmos ſeu barbariſmos ſui tunc æui. Quibus ſcopulis à me deuitatis, Inſcriptionem ipſam ſic lego, ſic in Latinum ſermonem conuerto: Ἄγω σὰ, σάω ἁ, Α. ω. Νεσεμεσεία ἁμ' ΑΒρασάξ. Ξυῤῥάτη ἀκραμμα Κραμμὰ. Καμαρὶς σοὶ ἔγξειν β' ἀλφαρὰν γῆς. ἐμεσεία ἁμ' ὠβαὴμ. ἀεννάμβων ἄρυ. ἀν͂τα Μιχαὴλ, ἄμορα ράχει φῦλα ξέτεμαι ἄνω.

Duco tua. Saluo quæ ſunt Principij & Finis, ego Neſe [Serpens] *mediatrix cum Abraſax. peruadens ſimplicia & mixta, incuruata tibi vſque ad ſecundas partes terræ, educens ſimul obſcurata, Æternus Vertex felicitatis, vnà cum Michaële infelicia calamitatibus genera conquiro ex alto.*

Senſus Paraphraſticus eſt:

Ego Chriſtus, Æterna Dei Sapientia, curam gero tuarum rerum, quantum earum eſt à Principio ad Finem, ô miſer homo. Ego ſerpens ille Moſaicus; Mediatrix inter Deum & homines GRATIA; *vnà cum* ABRASAX [Sanctæ Trinitatis & Paſſionis in Cruce efficacia] *peruadens ſimpliciſſimas naturas Angelorum, perinde ac concretas ex animâ & corpore maſſas hominum. vltrò incuruor tibi, & inclinor deſcendens vſque ad inferiores partes terræ, educens illinc mecum ſedentes in tenebris & vmbrâ mortis, & perducens ad æternos vertices felicitatis. Ad quam miſeris mortalibus impertiendam, miniſterio Michaëlis Archangeli, afflictos calamitatibus homines omnis generis conquiro vndique ad me in altum euehendos.*

A & Ω Principium denotare & Finem, plus ſatis notum eſt ex Apocalypſi.

Νεσε eſt Ægyptiorum illud Νεισι; quo vocabulo NESI Ægyptij hactenus appellant quinque poſtremos anni ſui dies annum complentes. Quæ certè vox eadem eſt cum Hebræâ נחש

NAHAS, quæ & ſerpentem ſonat, & curioſam illam Genethliacorum ſuperſtitionem dicam, an ſtultitiam, annos, menſes, dies & horas ſcrutantium: ſapientibus quidem omnibus, ſed exſertè Apoſtolo damnatam cap. 4. ad Galatas. Ex iſto ergo Νεσὶ & Μεσεία compoſitum Νεσεμεσεία, ſerpentinam [illam Chriſti] mediatricē GRATIAM, à Cruce prouenientē, ſatis apertè manifeſtat.

ABRACAΞ monſtroſum hactenus viſum eſt nomen, quaſi dicas Gnoſticorum dæmonium. At enim vel me fallunt omnia, vel eſt hic verus litterarum initialium contextus:

A	Aϐ	אב	Pater	1
B	Βέν	בן	Filius	2
R	Ρȣάχ	רוח	Spiritus	100.
A	ἀκαδὼς	הקדש	Sanctus	1.
S	Σωτηεία		Saluatio	200.
A	Ἀπὸ		à Beneficio	1.
X	Ξύλȣ		Ligni	60.
			Summa numerorum eſt.	365.

Sic ergo Trinitatis myſterium ſaluationem nobis operatum eſt à Ligno, cùm REGNAVIT A LIGNO DEVS, & plenitudinem illam, illud πλήρωμα ſacri 365. temporis, pleno dimenſo annorum, menſium ac dierum attulit ab anno ⋖ trigeſimo Artaxerxis, vrbe ſacrâ, ſacroque templo reſtituto, donec poſt annos Υ'Ε' 405. deſtructum fuit Templum Corporis Chriſti, & in triduo reædificatum. ὢϐαὴμ planè eſt vox Hebræa tota עֲבִים Nubes, Caliginem, Vmbram, Tenebras denotans; ipſos illos ſcilicet, quos ſedentes in tenebris & vmbrâ mortis clauis Dauid eduxit de domo carceris.

Non compilo hîc omnia Grammaticorum ſcrinia, quibus ſingula vocabula inuoluam: vnum præterire religio eſt ζέτεμαι pro ζήτεμαι, quoniam etiam à ζῆν, quod eſt *viuere*, ζεὺς dictus eſt *vitæ dator*: atque etiam aliàs η & ε inter ſe commutationem patiuntur.

Ac tantùm quidem in præſentiarum de Gemmæ iſtius fronte. Altera facies Opiſtographum exhibet tribus columellis diſtinctum: quarum prima XIII. continet ſeu lineolas, ſeu vocabula,

ſeu

ſeu dictionum initiales litteras ternas: ſecunda excurrit in XIV. tertia XV. habet.

In iſtis frequens eſt IAΩ, vel commutato ſitu AIΩ, tum & AIΩ vel ΩAI vel IΩA vel vtcumque, & iſtud & alia nomina voluit tranſpoſitione litterarum variare quiſquis hæc commentus eſt. Agnoſcis & in hac Gemmâ, & in aliis pluribus etiam ſui patris Gnoſticorum circa hoc nomen IAΩ, tum & AIΩ (quod eſt יְהוָה vt nunc ſcribitur) DEI VIVENTIS Nomen ineffabile. Sed quid ſibi velint iſtæ columellæ, XIII. & XIV. & XV. ordinibus inſignitæ, quæres non dubito.

Dicam ergo: Gnoſtici iſti proſeminarunt ſtudium Aſtrologicum quantum potuerunt; & ab illis orti ſunt τέσσαρες καὶ δεκατῖται *Quartadecimani*, decimaquartâ Lunâ Paſcha indicentes, ac ſeruantes ad illam vſque Lunam ieiunia ſua; quæ illâ Lunâ ſoluebant, in quamcumque feriam incidiſſet. Neque enim exſpectabant more Catholicorum Romanorum ſequentem Dominicam. Atque à nouilunio quidem Martij menſis per ſuos calculos inuento dies numerabant tredecim, quos vocabant περὶ τῶν φωστήρων (idemtidem in Chronico Alexandrino commemoratis) quos religiosè volebant eſſe tranſactos, antequam ad veſperam inciperent numerare diem XIV. Inchoato verò ad veſperam die XIV. non ſtatim inchoabant ſuum Paſcha; ſed illum diem Vigiliæ Paſchatis conſecrabant, vacabantque ſacris lectionibus totam illam noctem ac ſequentem diem, donec dies illa XIV. ad veſperam concluderetur. Sic ergo clauſâ iam Vigiliâ Paſchatis, deſitoque ad veſperam die XIV. vnà cum incipiente XV. ſoluebant ieiunium, inchoabantque lætitiam Paſchalem. Hæc ergo ratio tres iſtos numeros XIII. XIV. & XV. illis ſacros fecit ac ſanctos; ſuper quibus diſſerendi larga ſeges eſt, & iuſti Commentarij materia, & AVGVSTALI PRINCIPE digna, ſi tam ego dignus ſim, tam idoneus, qui attrectem; nihil interim ceſſans, quod ecciſto ſcripto profeſſus ſum: quodque (ſi tu probas) Sereniſſimo, meo nomine offeres. Poſt ſalutatum millies ac millies tuumque meumque parentem, & Archimandritam Balernenſem; amare perge, quem odiſſe (polliceor) non potes.

Tuum pleno cultu GOTTIFREDVM WENDELINVM
Can. Tornacenſem, pridie Idus Septemb. M. DC. LV.

Hæc ad me Wendelinus noſter, quibus aurum in luto inuenire conatus eſt, inter ſues Baſilidianos margaritum; quorum nugas putauit eſſe aliquid, & ad valdè ſeria ac religioſiſſima ſacra pio commento tranſtulit ingenioſiſſimè. Nam, vt cetera præteream, quorum apud me plurimum valet à viro tanto profecta auctoritas, priſci Chriſtiani, vt ſe ab eiuſmodi hæreticorum conſuetudine ſegregarent etiam in hoc cultu, Chriſtum non ſerpente, ſed columbâ exprimere ſolebant; & eò ſpectare videtur

Lib. aduerſus Valentinianos. c. 2. & 3. quod eſt apud Tertullianum: *In ſummâ,* CHRISTVM COLVMBA DEMONSTRARE *ſolita eſt,* SERPENS *verò* TENTARE. *Illa à primordio diuinæ pacis præco: ille à primordio diuinæ imaginis prædo. Ita faciliùs ſimplicitas ſola Deum & agnoſcere poterit, & oſtendere; prudentia ſola concutere potiùs, & prodere. Abſcondat itaque ſe* SERPENS *quantum poteſt, totamque prudentiam in latebrarum ambagibus torqueat, altè habitet, in cæca detrudatur, per anfractus ſeriem ſuam euoluat, tortuosè procedat, nec ſemel totus, lucifuga beſtia.* NOSTRÆ COLVMBÆ *domus ſimplex, etiam in editis ſemper, & apertis, & ad lucem: amat figuram Spiritus ſancti, orientem* CHRISTI *figuram.* Hinc

Cap. 2. idem Tertullianus: SIMPLICES *notamur apud illos:*

Lib. 3. Pædagogij c. 11. quòd nempe, monente Clemente Alexandrino, Tertulliani æquali, circumferre ſolerent Chriſtiani in ſignis annularibus non ſerpentem, ſed columbam, aut piſcem, aut aliquid aliud eiuſmòdi, quo ſacra res innueretur. Cyprianus de Vnitate Eccleſiæ: *Hæc eſt* ECCLESIÆ *noſcenda* SIMPLICITAS, *hæc charitas obtinenda, vt* COLVMBAS *dilectio fraternitatis imitetur.* Paulinus de Baſilicâ ſancti Felicis:

Quæque ſuper ſignum reſident cæleſte COLVMBÆ,
SIMPLICIBVS *produnt regna patere Dei.*

Ite-

Iterumque in eâdem Æde:

Nos quoque perficies placitas tibi Chriſte COLVMBAS,
Si vigeat puris pars tua pectoribus.

Patres agnoſcunt quidem, & Chriſtus ipſe docuit, ſe præfiguratum per ſerpentem, ſed alio ſenſu, quàm vt Gnoſticorum fabulis congruat: *qui quas* IMAGINES *ac* SIGNA, inquit Epiphanius, *cæleſtem ad doctrinam præclarè Deus tranſtulit, ea ad* DOGMATVM *ſuorum* FALSITATEM *aſſerendam impudenter accommodabant. Siquidem* IESVS *Chriſtus Dominus noſter, idemque Deus Verbum, à Patre ante ſæcula omnia ſine principio ac tempore vllo genitus,* NEQVAQVAM *eſt* SERPENS. *Procul abſit, vt ita ſentiamus; ſed contra* SERPENTEM *aduenit.* Ioan. 3. Hæreſi 37.

Iam vbi litterarum initialium nominis ABRACAΞ contextum ſe inueniſſe profitetur Clariſſimus Wendelinus, altiſſima quæque ex ipſis eruit Chriſtianæ Religionis myſteria, Trinitatis nempe, & ſalutis nobis per Chriſtum à Ligno operatæ. A quibus mirificè diſſentiunt Patres in interpretatione eiuſdem nominis; quos inter Hieronymus tam clarè, vt nihil ſuprà: *Nónne,* inquit, CONTRA DEVM *cogitatio eſt* BASILIDIS *impudica, & portentoſum* ABRAXAS *nomen, quod* PRÆFERTVR *Domino conditori?* Imò (quod è diametro opponitur ſententiæ Wendelinianæ) negabat Baſilides Chriſtum paſſum, aut crucifixum, & *prohibebat homines pati martyrium pro Nomine eius, qui nec paſſus eſſet, nec crucifixus.* Hinc ad me ſcribebat vir æquus rerum æſtimator, & exquiſitiſſimi iudicij, Vopiſcus Fortunatus Plempius: *Oblectatum ſe fuiſſe non mediocriter VVendelini noſtri epiſtolâ; imò obſtupefactum eius interpretatione. Mortalem illum eſſe admirabilem, qui tam ſacrum ſenſum è re nihili exſculpſiſſet; in hoc quoque mirum,* quòd *In 1. cap. Abdiæ. Tertullian. de Præſcriptionibus cap. 46. Euſebius l. 4. Hiſt. Eccl. c. 8. Auguſtinus, Philaſtrius, aliique de Hæreſib.*

quòd vocem ABRACAΞ, *non Hebraicam, non Græcam, ſed hibridam faceret.* Ego certè inter ceteras viri amiciſſimi laudes hanc quoque non poſtremam eſſe ſtatuo, quòd in eius ſcriptis multa reperiantur non publici ſaporis, quæque ab alio nemine quàm ab ipſo defendi queant. Quando tamen in hoc genere litterarum minimo periculo peccatur, non deterrebor hoc loco dicere, quid ſentiam de dictione vnicâ CEMECEIA: diuinandum enim eſt aliquid, atque eundum ad SOLEM Baſilidianis adeò familiarem, & quò nos ducit ipſa inſcriptio, velut Gemmæ addita loquela. שֶׁמֶשׁ Hebræis SOL eſt: יָהּ vnum ex decem nominibus Dei, quod *Dominum* ſignificat. Impoſitum nomen, vt quibuſdam placet, ab ESSE, quòd Deus cunctis rebus ESSE tribuat. Inde, ni fallor, שֶׁמֶשְׁיָה ſeu

Suprà cap. 1. CEMECEIA. Quòd nimirum, vt iam notauimus, perfidi illi Baſilidiani ſectatores ſuos abducerent à vero naturæ Auctore, ad naturam, Dei opificium. Epiphanius in Hæreſi Phariſæorum: *Fato & ASTRONOMIÆ plurimum tribuebant. Argumento eſt, quòd Græca omnia vocabula vaniſſimæ illius artis propria, totidem ab iis Hebraicis ſunt reddita vocibus. Exempli causâ,* SOL *Hamma &* SEMES *ab ijs appellatur.* Facit etiam ad eiuſdem SOLIS Baſilidianos SPLENDORES Gemmæ Harpocraticæ inſcriptio

Tab. IX. Gemma 38. ΕΕΜΕϹΕΙΛΑΜΨ, quam ſuprà relatam, ad huius loci explicationem reſeruandam duxi.

Cùm vidiſſet Macarius monſtrum Baſilidianum capite galli, præter ſolita habere appoſitas ſeptem circum ſe ſtellas, quas poſteà in Ioue ſedente cum aquilâ vidit appoſitis quibuſdam nominibus incognitis, exiſtimauit

Gemma 70. eam Gemmam ad Abraxam pertinere. Quò etiam refero ſequens humanum caput radiatum anguibus ſeptem, in cuius

cuius auerſo inſcriptio Gnoſtica, vt apparet, quamquam minùs compertæ ſignificationis. Satis erit cum Pignorio admonuiſſe, aſpidem repetitæ iuuentæ beneficio, & inceſſus facilitate, ſideri comparatam fuiſſe. Quod adeò verum eſt, vt notarit Clemens Alexandrinus, aſtra propter obliquam conuerſionem corporibus ſerpentum aſſimilata fuiſſe. Sed non prætereundus Macrobius vbi ait: *Propterea ad ipſum* SOLEM *ſpecies* DRACONIS *refertur, quia* SOL *ſemper velut à quadam imæ depreſſionis ſenectâ, in altitudinem ſuam, vt in robur reuertitur iuuentutis. Eſſe autem* DRACONEM *inter præcipua* SOLIS *argumenta, etiam nominis fictione monſtratur, qui ſit nuncupatus* ἀπὸ τοῦ δέρκειν, *id eſt videre.*

Lib. de Menſâ Iſiacâ.

Lib. 5. Stromat.

L. 1. Saturnal.

CAPVT XI.

TABVLA XVIII. XIX. XX. XXI.

ABRAXAS Χνοῦβις, Χολχνοῦβις, Πάτηρ τῶν ὅλων. *Hæreſis Priſcillianiſtarum etiam in Gemmis.*

ADDIDIT & ad turbam Abraxarum Macarius noſter *omnes Gemmas, quæ habent ſerpentem rectum, caudâ circumuolutâ, capite radiato, præſertim leonino.* Is eſt Χνοῦβις, vnus è triginta ſex Decanis, qui *omnem Zodiaci poſſident circulum, ac per duodecim ſigna extenduntur*, de quibus Salmaſius: Dij iſti, inquit, Decani, eorumque adminiſtri ac munifices, μορφώσεις ex ſtellis fuere, prout eas imaginati ſunt hanc aut illam ſpeciem habere, qui commenti auctores fuere. Alius cum ſecuri fingebatur, aut alio telo; alius cum capite viri, aut femi-

GEMMA 71. 72. cũ ſequent.

Firmicus l. 4. c. 16.

Lib. de Annis Climact.

feminæ radiato, cetera ſerpentis; alius alio habitu ac facie monſtroſâ oſtendebatur. Eorum autem figuras in annulorum Gemmis curabant ſculpendas, vt eſſent pro amuletis. Græci: Εἰσὶν ἐν ἑκάστῳ τῶν ζωδίων τρεῖς κατειλεγμένοι Δεκανοὶ, ποικιλόμορφοι, ὁ μὲν κατέχων πέλεκυν, ὁ δὲ εἰς ἄλλοτι ἐσχηματισμένος εἴκασμα, ὧν εἰ τὰ εἴδη καὶ τὰ σχήματα δακτυλίων ἐγγλύψεις σφενδόναις, ἀποτρόπαια δεινῶν γενήσεται, τοῦτο μὲν οὖν ὁ Τεῦκρος, καὶ οἱ κατ᾽ ἐκεῖνον περιττοὶ τὰ μετέωρα. *Sunt in vnoquoque ſigno tres conſtituti* DECANI, *formâ varij, quorum alius ſecurim tenet, alius in aliâ imagine oſtenditur. Quorum ſi ſpecies & habitus* IN PALIS ANNVLORVM *ſculpſeris*, ADVERSORVM AMVLETA *exiſtent, vt Teucer aſſerit, alijque qui eo tempore in Aſtrologiâ enituêre.* Hodie quoque inter κειμήλια curioſorum multi annuli reperiuntur, aut lapides ad id efformati, vt collo ſuſpendantur, quibus decanorum σχήματα varia, ac nomina inſculpta inſcriptaque extant, capitibus vt plurimùm radiatis. Talis eſt, cuius ἔκτυπον amicus ſuggeſſit, leonis facie radiati, ac iubati in ſerpentis implicatum volumen deſinentis, cum nomine Χνουβὶς. Idem ille amicus, qui miſit, cenſebat legendum eſſe Ἄνουβις, quaſi perperàm à cauitatore ſcriptum eſſet Χ pro Α. Sed eum monui nomen eſſe Decani in Cancro, qui vocatur Χνουμὶς Hephæſtioni. Nihil autem communius apud Græcos, quàm μ & β inuicem permutari. Sed verum nomen eſt Χνουβὶς. Nam Χνουβ eſt aurum in linguâ Ægyptiacâ. Vnde Χνουβὶς nomen proprium idem quod χρυσῆς Græcis. Videtur huic Decano poſitum nomen Χνουβὶς, quòd aureo & fuluo eſſet colore, vt eſt leonis iuba. Non enim ſic appellatus videtur, quòd diuitias decernat. E contrario, illo Horoſcopante genitus paterna bona lancinabit.] Hæc Salmaſius. Sed Kircherus aliter ſimilem Gemmam & legit & exponit,

Gemma 73.

ponit, apud quem miratus ſum declarationem eius, quæ extat apud Pignorium, quamque inter alias iterùm exhibeo numero 74. *Serpens*, inquit, *ſeu aſpis eſt* κυνόμορφος, *cuius caput radioſo nimbo circumdatum monſtrat numen Mercuriale, vti ex inuerſis litteris apparet, vbi legitur* ANOYBEI *Anubis.* XNOYMICPI *verò nomen eſt, quod* κατὰ τὴν ἰσοψηφίαν *reſolutum in numeros facit* 1480. *&* *totidem nomen* ΧΡΙΣΤΟΣ *facit.*

GEMMA 74. *Parte alterâ tom. 2. Oedipi Ægyptiaci, claſſ. 11. cap. 6.*

X. 600.	X. 600.
P. 100.	N. 50.
I. 10.	O. 70.
Σ. 200.	Υ. 400.
T. 300.	M. 40.
O. 70.	I. 10.
Σ. 200.	Σ. 200.
	P. 100.
	I. 10.
1480.	1480.

Vides igitur quàm peruersè, quàm impiè barbaris huiuſmodi nominibus diuinum Chriſti nomen hæretico magi profanent. Hæc ille. cùm tamen in Gemmâ ΧΝΟΥΒΙΣ, ſiue ΧΝΟΥΜΙΣ non repræſentetur vt aſpis Κυνόμορφος, ſed Λεοντόμορφος, ac benè iubatus, neque inſcribatur ΧΝΟΥΜΙΣΡΙ, ſed ΧΝΟΥΜΙΣ, vt ex allatis patet. De quibus cùm ab alijs tum ab ipſo in primis Kirchero iudicari velim: facit enim indoles mea & educatio, vt non libens cenſeam aliena, ſed malim mea cenſuræ ſubdere.

Alium vidit lapidem Salmaſius eâ gratiâ factum, vt è collo pro amuleto ſuſpenderetur, in quo nomen Decani GEMMA 76.

 primi

Lib. de Annis Clima-ctéric.

primi leonis ſcriptum erat. Is eſt, inquit, Χολχνουβὶς, Hephæſtioni Χαρχνουμίς, humanâ facie cum ſeptem radiis, & ſcorpij caudâ. Sub eius mento Sagittarij nota ſcripta eſt, quæ decuſſatur bacillo vtrimque furcato. Neſcio quare: nam Decanus ille nihil cum Sagittario habet commune. Leonis eſt primus Decanus. Leonis autem Dodecatemorion tribus Decanis regitur ſub nominibus Arietis, Tauri, & Leonis, vt ex his Manilij conſtat:

At Leo conſortis meminit ſub lege Trigoni,
Lanigerumq́ue ducem recipit, Taurumq́ue quadrato
Coniunctum ſibi, ſub Geminis pars tertia fertur.

An ſignificare voluit Horoſcopante Sagittarij ſigno ſculptum fuiſſe illum lapidem? Atqui magis oportuit Ὡροσκοποῦντος λέοντος eum dedicari, cuius Decanus eſt Cholchnubis. Puto igitur eâ figurâ notari Sagittarij ſignum διάμετρον eſſe cum eo Decano. Et ſanè ita eſt. Nam ſexto ſigno Sagittarius diſſidet à Cancro, cuius tertius habetur Decanus Cholchnubis. Quod διάμετρον eſt partile, non ſignile. Ægyptiaca quædam vocabula Græcè in eo ſcripta viſuntur, & nomen ΙΑΩ. Nam MY illud inuerſum W pro omega poſitum ΙΑW. ſigma etiam euerſum videri poteſt. Ex hoc vocabulo porrò Ἰαὼ apparet Baſilidianorum eſſe has inſcriptiones Taliſmanicas, ad obſeruationem ſiderum cum Decanorum figuris inſculptas. Nam & Ægyptiacis vocabulis conceptæ ſunt, & ipſe Baſilides eiuſque ſectarij ex partibus Ægypti fuere. Ipſa inſcriptio Ægyptiaca, excepto illo vocabulo, ΓΙΓΑΝΤΟΠΑΝΤΟΡΗΚΤΑ, hoc eſt Gigantum omnium euerſor. Vitiosè in lapide ſculptum eſt ΓΙΓΑΝΤΟΠΟΝΤΟΡΗΚΤΑ. Ῥήσσειν eſt frangere, ſolo allidere, quod à palæſtrâ ductum eſt. Hactenus Salmaſius.

Binis alijs Gemmis inſculptus videtur Πάτηρ τῶν ὅλων, termini imagine, brachiis ad pectus decuſſatis, *in maximâ & altiſſimâ quiete, in otio plurimo placidæ, &, vt ita dixerim, ſtupentis diuinitatis, qualem iuſſit Epicurus:* Qualem etiam indicant ſubiecti Angeli globis cæleſtibus inſiſtentes, poplite flexo, manibus itidem decuſſatis habitu adorantium. De quibus Epiphanius, vbi de Simone Mago: *Nomina quædam* PRINCIPATVVM *ac* POTESTATVM *commentus eſt*, CÆLESTESQVE GLOBOS *varios, atque in firmamento cæloque quolibet* INTELLIGENTIAS *certas collocat, quibus* BARBARAS APPELLATIONES *affingit. Negat inſuper ſalutem conſequi vllum hominem aliter poſſe, quàm ſi eiuſmodi* MYSTERIA *didicerit, &* VNIVERSITATIS PARENTI *ea ſacrificia per illos, quos diximus,* PRINCIPATVS & POTESTATES *obtulerit.* Idem de Menandro: *Hic perinde, vt alter,* MVNDVM *ab* ANGELIS *fabricatum, ſeipſum verò* DEI VIM *eſſe de cælo miſſam aſſerit.* Tum de Saturnilo Baſilidis condiſcipulo: *Perinde ac Menander* MVNDVM *ab* ANGELIS *factum eſſe prædicabat. Præterea* VNVM *eſſe* PATREM IGNOTVM, *qui* VIRTVTES, PRINCIPATVS *ac* POTESTATES *creauerit.* Denique de Baſilide: *Erat, inquit Baſilides,* INGENITVM VNVM PRINCIPIVM, *qui ſolus eſt* OMNIVM PATER: *ab hoc procreata Mens, à Mente Verbum; ab hoc Prudentia, à quâ Virtus & Sapientia prodijt. Ab vtrâque porrò* PRINCIPATVS, POTESTATES, & ANGELI. *Deinde Virtutes,* ANGELIQVE *iſti* PRIMVM AC SVPREMVM CÆLVM *moliti,* ANGELOS *rurſum alios propagarunt.*

[margin: GEMMA 77. & 78. Tertullian. lib. aduerſus Valentinian. c. 7. — Hæreſi 21 — Hæreſi 22. — Hæreſi 23 — Hæreſi 24]

Lapis vltimus huius tabulæ eſt Heliotropius. Necromantici Babylonenſium Gemmam appellant, de quâ Plinius: *Naſcitur in Æthiopiâ, Africâ, Cypro, porracei coloris,*

[margin: GEMMA 78. Lib. 37. cap. 10.]

ris, ſanguineis venis diſtincta. Cauſa nominis, quoniam deiecta in vas aquæ, fulgorem Solis accedentem percuſſu ſanguineo mutat, maximè Æthiopica. Eadem extra aquam ſpeculi modo Solem accipit, deprehenditque defectus, ſubeuntem Lunam oſtendens. Magorum impudentiæ vel manifeſtiſſimum in hac quoque exemplum eſt, quoniam admiſtâ herbâ Heliotropio, quibuſdam quoque additis precationibus gerentem conſpici negent.

Infecit & illa Baſilidianorum de Decanis ac ſignis cæleſtibus ſuperſtitioſa doctrina ipſos etiam Priſcillianiſtas. Hadriano ſiquidem imperante, vt iam antè meminimus, Baſilides Gnoſticorum ſectam in Ægyptum inuexit, & ex eius ſcholâ Marcus in Hiſpaniam profectus erroris ſemina iecit, Agape nobili feminâ & Heluidio in partes traductis. Vnde aliquanto ex interuallo Priſcillianus ex conſopiti ignis ſcintillis magnum incendium excitauit. Is Abilæ in Hiſpaniâ Epiſcopus, homo nobilis, inquietus, ac diſſerendi promptiſſimus, fatalium nexu ſtellarum homines inter ſe colligari credidit, ipſumque corpus humanum pro ratâ portione ſignorum duodecim Zodiaci eſſe conſtitutum. Adipatis eſcis ſeu immundis abſtinendum. Et quia carnis opificium non bono veroque Deo, ſed malignis angelis tribuebat, viros à volentibus feminis, feminas à maritis diſiungi fas duxit. Tantum verò lues teterrima magiſtri calliditate inualuit; vt cuiuſque ſexus, atque ordinum homines breuî corripiens nouitatis illa prurigo peruaſerit. Quapropter in Concilio Bracharenſi ita à Patribus definitum eſt: *Si quis animas & corpora humana fatali ſigno credit adſtringi, ſicut Pagani & PRISCILLIANVS dixerunt, anathema ſit.* Et: *Si qui* DVODECIM SIGNA, *id eſt ſigna quæ Mathematici obſeruare ſolent, per ſingula animæ vel corporis membra diſſipata credunt,*

Io. Mariana lib. 14. c. 5.

Brovverus Annal. Treuirenſ. l. 4

Can. 9.

Can. 10.

dunt, & nominibus Patriarcharum adſcripta dicunt, ſicut PRISCILLIANVS DIXIT, *anathema ſit.* Hinc & Leo Magnus Epiſtolâ ad Aſtoricenſem Epiſcopum, in quâ Priſcillianiſtarum errores damnat: *Vndecima,* inquit, *ipſorum blaſphemia eſt, quâ* FATALIBVS STELLIS *& animas hominum & corpora opinantur adſtringi: per quam amentiam neceſſe eſt, vt omnibus Paganorum erroribus implicati, & fauentia ſibi, vt putant,* SIDERA COLERE, *& aduerſantia ſtudeant mitigare. Verùm iſta ſectantibus nullus in Eccleſiâ Catholicâ locus eſt; quoniam qui ſe talibus opinionibus dedit, à Chriſti corpore totus abſceſſit.*

Horum nugis accenſere viſum eſt Tabulas XX. & XXI. cum ſignis cæleſtibus, & appoſitis ſubinde nominibus SATOVIEL, GABRIEL, MICHAEL, quæ à Iudæis ſumpsêre Baſilidiani, atque ab illis obſcœni Priſcillianiſtæ; quorum hodieque ſectatores nonnulli extra lineam excurrere videntur, dum confidunt ſe programmata ſiderum & eorum vires Gemmis & metallis inſculpere poſſe. Ἀποτελέσματα γλύψεως vocant, ſeu *Effectus ſculptionis* ac *ſigilli.* Petrus Arlenſis de Scudalupis, Hieroſolymitanus Presbyter: *Arabes,* inquit, *ad magicas operationes talia ponentes,* ANNVLOS, IMAGINES *&* SIGILLA *fabricant ex trinâ cæli, terræ & aëris ſympathiâ, quorum virtutes, efficacias & poteſtates ſub quibuſdam obſeruationibus compactas mirabilia præſtare poſſe ſomniant: animos nempe diſſidentium conciliare, morbos pellere, inimicos ſuperare, & multas denique vanitates autumantes, credibiles ex miraculis ſe denominare iactantur, prout* PLANETA, METALLVM, *aut* LAPIS *ad tales producendos effectus, ex qualitatibus & proprietatibus ſibi inſitis, fuerint diſpoſita.* SATVRNVS *ad honorum acquiſitionem;* IVPITER *ad dignitates & honores;*

GEMMA 79. 80. *cum ſequentib.*

GEMMA 84 85. & 87.

Lib. de Sympathiâ metallorum & lapidũ ad Planetas cap. 9.

GEMMA 79. 84. 85. & 87.

MARS *ad bella & hoſtes*; SOL *ad gratiam magnatum*; VENVS *ad deſideria, & affectus*; MERCVRIVS *ad doctrinam & eloquentiam*; LVNA *denique ad proſpera itinera*. Quæ quidem poſtulare videntur non qui reprehendat, ſed vel Heraclitum potiùs aliquem vel Democritum, quorum hic amentiam eorum rideat, ille deploret inſcitiam. Ita miſeri ſibi obſequi ſtellas & cælum opinantur: vt Apollonius, qui ſeptem annulos ſtellarum ſeptem nominibus cognominatos ſingulos ſingulis diebus geſtabat, iuxta dierum nomina illos diſtinguens.

Philoſtratus in eius Vitâ.

GEMMA 86. *Lib. 3. de Lapidib.*

De imagine trium puellarum putidiſſimum commentum refert Hermes apud Camillum Leonardum; nimirum, *Si in* ACHATE *reperiantur, hominem gratioſum apud alios efficere, in aëris ſpiritus dare potentiam, & in magicâ arte valere.*

CAPVT XII.

TABVLA XXII.

ABRAXAS *Hercules, Arbor.*

L. 1. Saturnal.

SED nec Hercules à ſubſtantiâ SOLIS alienus eſt. *Quippe* HERCVLES, inquit Macrobius, *ea eſt* SOLIS *poteſtas, quæ humano generi virtutem ad ſimilitudinem præſtat deorum. Nec exiſtimes Alcumenâ apud Thebas Bœotias natum, ſolum vel primum* HERCVLEM *nuncupatum: imò poſt multos atque poſtremus ille hac appellatione dignatus eſt, honoratusque hoc nomine, quia nimiâ fortitudine meruit nomen Dei virtutem regentis. Ceterùm Deus* HERCVLES *religioſè quidem & apud Tyron*

coli-

colitur : verùm ſacratiſſimâ & auguſtiſſimâ Ægyptij eum religione venerantur , vltraq́ue memoriam , quæ apud illos retrò longiſſima eſt, vt carentem initio colunt. Et reuerà HERCVLEM SOLEM *eſſe vel ex nomine claret.* HERACLES *enim quid aliud eſt, niſi* HERAS, *id eſt* AERIS CLEOS? *Quæ porrò alia* AERIS *gloria eſt, niſi* SOLIS *illuminatio, cuius receſſu, profunditate, ſpiritus occulitur tenebrarum? Prætereà ſacrorum adminiſtrationes apud Ægyptios , multiplici actu, multiplicem Dei aſſerunt poteſtatem, ſignificanter* HERCVLEM *hunc eſſe* τὸ ἐν πᾶσι καὶ διὰ πάντων Ἥλιον.

Eius erecti, ac leonem ſuffocantis imaginem Gemmæ inſculptam valere credebant aduerſus dolores colicos. GEMMA 89.&90.
Alexander Trallianus de Medicamentis naturalibus, quæ alligari ſolent ad hunc morbum : HERCVLEM *erectum*, SVFFOCANTEM *leonem in* LAPIDEM MEDICVM *inſculpito, & incluſum in* ANNVLVM AVREVM *geſtandum dato.* Hinc ter Κάππα in auerſo Gemmæ. Gorlæus de hoc Amuleto : *Trallianus*, inquit, *non poſtremæ notæ Medicus, tradit imaginem* HERCVLIS *ſupinè iacentis , leonemq́ue ſtrangulantis annulo incluſam , digitoq́ue geſtatam , peculiare amuletum eſſe ad dolorem colicum.* Sed non benè : nam ſculpendum HERCVLEM *erectum.* Ἡρακλέα ὀρθὸν, qualis eſt in Gemmis allatis, non autem *ſupinè iacentem*, diſertè monet Trallianus.

L.10.c.1.

Præfat. in dactyliothecã.

Gemma iſta imperitos pictores coarguit , qui Nemeæum leonem ab Hercule, manibus eius diducto rictu, laceratum depingunt. Id rectè obſeruabat Geuartius, firmabatq́ue ex Papinio ſuo, qui ſic VI. Thebaidos:

——— primus Tyrinthius ingens
Pectoris attritu ſua fregit in oſſa leonem.

Idem

Idem lib. IV. Siluarum, vbi Iulij Vindicis Herculem Epitrapezion deſcribit:

> ——*hoc pectore preſſus*
> *Vaſtator Nemees.*

Homerus lib. 4. *Odyſſ. Ouid. l.* 8. *Metam.*

Iam verò, ſi Poëtas canentes audimus:

> *Sæpè lapis potis eſt*, ARBOR *quoque ſæpè videri*
> PROTEVS.

GEMMA 91. 92. & 93. *Cælius Rhodiginus l.* 5. *Ant. Lection. c.* 7.

Itaque ne qua deſit forma Gemmæ Baſilidianæ, quam cum illo conferre pergimus, & hunc Abraxam ſpecie tenus arborem damus, ſiue laurum; quam efficacem arbitrabantur aduerſus venena & fulmina, neque obturbare ſacrum morbum, neque dæmonem vbi adfuiſſet. Inde iactatum, vt qui ſe tutum approbare vellet, Δαφνίνην, diceret, φορῶ βακτηρίαν, *Laureum geſto baculum*; etiam in annulis & gemmis, quibus pro amuletis vtebantur; atque ab eâdem lauru certiſſima edi credebant oracula. Quæ *grata eſt* APOLLINI, inquit Plinius, *fulmine ſola non icitur, manifeſto abdicat ignes crepitu, & quadam deteſtatione.*

Lib. 15. *cap.* 30.

GEMMA 91.

Ac ne Deum quidem Terminum à Sole, perpetuo Abraxatum comite, ſeiungendum putes, facit Nummus Augusti, in quo Terminus radiatus, habitu Apollinis, cum adiacente fulmine. Quod Emblema vir Antiquariæ rei peritiſſimus meritò interpretabatur de ipſo Auguſto, qui

In Tab. XIV. *Numiſmatũ Croyacorum. Sidonius in Paneg. Anthemij.*

> ——PHOEBIGENAM *ſeſe gaudebat haberi.*

Non, vt plerique omnes de eius Symbolo, FESTINA LENTE, perinde ac ſi terminus moram, fulmen celeritatem indicaret. Sed vtrumque, quamquam opere ſatis rudi elegantiùs exhibent Cancer & Papilio, infrà tabulæ vltimæ Gemmâ vltimâ. Pro *deo Termino* etiam ARBOREM TERMINALEM apud Paulum IC. inuenias, cui

L. 5. *Receptar. ſent. tit.* 22.

cui vino, frugibus & fauo mellis ſacra faciebant. Vnde Sedulius deflens elementorum idolorumque cultores:

ARBOREIS *alius ponit* RADICIBVS *aras,* *In Opere Paſchali.*
Inſtituitque DAPES, *&* RAMOS *flebilis* ORAT,
Vt natos, charamque domum, dilectaque rura,
Coniugijque fidem, famulos cenſumque gubernent.
Lignee LIGNA *rogas, ſurdis clamare videris,*
A mutis reſponſa petis, quæ iura domorum
Hac ratione regunt, ſi cæſa ſecuribus actis
Ardua pendentis ſuſtentent culmina tecti,
Aut ſubiecta focis, dapibus famulentur edendis.

Cur ab vnâ lauru, baccarum loco, dependeant tria capita Meduſæ, quo ſignificatu prodeat altera è dorſo humano, non ſum ita horum deorum naturæ conſcius, quin fatear me ſcire iuxtà cum ignorantibus. GEMMA 93. & 92.

CAPVT XIII.

TABVLA XXIII.

ABRAXAS *Miles, Perſeus.*

RECTE monet, meâ quidem ſententiâ, eruditiſſimus Ioannes Wowerius, in Notis ad ea Firmici verba: *Scio, hoc Romano nomine dignum putatis, ac Perſarum ſacris. At Perſarum legibus ſequatur .... vt armata clypeo, loricâ, gladio & haſtâ conſecratur.* fortè legendum: *vt armatus*; & capiendum de milite, Mithræ initiari ſolito. Sed *militem ipſum* refert Hieronymus inter *ſimulacra portentoſa*, quorum quatuor hîc exhibemus. Primus capite τεθπαλοφόρος, dextrâ ſiniſtrâque an- GEMMA 94.

Gemma 95. gues erectos oſtentat; alter capiti gallinaceo ſoliti monſtri Abraxæ; Gemma 96. tertius flori loto inſiſtit, leone iuxtà in pedes erecto, ac velut inſiliente; quartus cum ſolito item mon- Gemma 97. ſtro Abraxæ ſupernè repræſentatur, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ globum tenens. Atque hi propriè videntur *milites* Hieronymo memorati; præterquam quòd Epiphanius de Hæreſi Gnoſticorum: *Ijdem*, inquit, Στρατιωτικοὶ, *ſeu* MILITARES *in Ægypto ſunt dicti.*

Ceterùm, quòd ait Macarius, viſum à ſe hominem more militis accinctum gladio, leonino capite, dextrâque tenentem caput Meduſæ, *Abraxam militem* vocandum eſſe, haud ita tutum videtur. Hunc ego ad *Perſea* refero, cuius inter Abraxæ *portentoſa ſimulacra* meminit etiam *Georgius Monachus.* Hieronymus; quippe qui Meduſam obtruncarit, & *Perſas ipſos execrandas cæremonias docuerit, ac* MAGIAM, *quæ dicitur* MEDVSÆ; *quo regnante ignis in Perſis cælo delapſus eſt, ex quo ignem alium accendens, & fanum extruens, in eo repoſuit, vocauitque Templum* IGNIS IMMORTALIS, *& conſtituens viros prudentes, vt ſeruirent, ſeruarentque ignem, Magos eos appellauit. Quos ritus in multâ dignatione habentes Perſæ colunt* IGNEM. Vtique ad Mithræ cæremonias referendum; vnde & Perſeo leoninum caput in Gem- *Lib. 2. de Præpar. cap. 1.* mâ, quam vidit Macarius. Apud Euſebium: *Græcos celeberrimos quoſque aiunt, Ægyptiorum Heroas atque deos ſibi tamquam proprios vindicaſſe. Nam Herculem etiam, Ægyptius genere cùm eſſet, ac ſingulari fortitudine præditus, magnam orbis terrarum partem obijſſe; eumdem tamen quaſi Græcum à Græcis prædicari, tametſi longè ab altero quodam Hercule diuerſum, quem in Græciâ multis pòſt ſæculis Alcmena pepererit. Addunt* PERSEVM *quoque lucem in Ægypto primùm aſpexiſſe; & ipſiuſmet Iſidis originem à Græcis hominibus tranſ-*

tranſlatam Argos fuiſſe. Vt nihil mirum ſit Ægyptios, atque ex his Baſilidianos, Græcorum fabulas & præſtigias in ſignis ac ſymbolis vſurpaſſe, pro quibus inter ſe certabant.

CAPVT XIV.

TABVLA XXIV.

ABRAXAS Κάνθαρος.

FVIT haud dubiè Abraxas Cantharus ea Gemma, quam vidit Macarius, in quâ, *ab vnâ*, inquit, *parte velut inſectum quoddam, fortè ſcarabæus , & circa eum per orbem ſerpens capite caudam apprehendens.* Nam & Pignorius ſimilis Gemmæ ſcalpturam primus edidit ; in eâque , vt vides , Solis caput concinnè ſcarabæo impoſitum ; quæ omnia ſerpens caudam vorans ambit , vt detur intelligi, orbis huius lucem à Sole eſſe , qui ſapienti curſu vitam animantium moderetur. Et verò ſi Porphyrium audimus, non iniuriâ Sol Κανθαρόμορφος , & viciſſim ſcarabæus Ἡλιοκέφαλος repræſentatur. Ait enim : SCARABÆVM *ſtultus quiſpiam deteſtetur , vtpote diuinis in rebus hoſpes & peregrinus. At hunc Ægyptij quaſi viuam & ſpirantem* SOLIS IMAGINEM *venerari ſolent. Nam &* SCARABÆVS *omnis mas eſt , & ſemen in paludem immiſſum, ac ſphæricam in figuram conformatum, poſtremis pedibus in auerſam partem conuoluit,* SOLIS *in cælo motum æmulatus , integramque Lunæ dierum conuerſionem expectat.* Arnobius de Ægyptiorum ſuperſtitionibus: *Templa felibus,* SCARABÆIS, *& buculis , ſublimibus ſunt*

In Expoſit. Menſæ Iſiacæ. GEMMA 98.

Apud Euſebiũ lib. 3. de Præpar. cap. 4.

Lib. 1. aduerſus Gentes.

ſunt elata faſtigijs. Silent irriſæ numinum poteſtates, nec liuore afficiuntur vllo, quòd ſibi comparatas animantium vilium conſpiciunt ſanctitates. Quin & Plinius eodem ſenſu: *Ægypti magna pars* SCARABÆOS *inter* NVMINA *colit, curioſâ Apionis interpretatione, quâ colligat,* SOLIS *operum ſimilitudinem huic animali eſſe, ad excuſandos Gentis ſuæ ritus.* Denique apud Diogenem Laërtium, SOLEM *&* LVNAM *deos eſſe, alterum Oſirim, alterum Iſin appellatos; exprimere eos per* SCARABÆVM *&* *draconem aliaque animalia, Manethus auctor eſt in Naturalium Epitome, & Hecatheus in primo de Ægyptiorum Philoſophiâ.* Hinc in alterâ Gemmâ fulmen ſupponitur ſcarabæo, quòd is nimirum non Solis modò ſymbolum eſſet, ſed etiam Lunæ, cui cum aquis mira ſympathia, quæ ſubinde, vt eleganter Plinius, *Scandunt in ſublime, & cælum quoque ſibi vindicant, ac nubium obtentu vitalem ſpiritum ſtrangulant. Quæ cauſa* FVLMINA ELIDIT, *ipſo ſecum diſcordante mundo.* Inde & *grandines, pruinæ, imbres, procellæ, turbines, & plurima mortalium mala.* Quibus auertendis Magi, eodem teſte Plinio, *non ſine contemptu & irriſu generis humani,* AQVILAS *in* SMARAGDIS *ſculpebant &* SCARABÆOS. Idem alibi: *Sunt & Chelonitides teſtudinum ſimiles, ex quibus* AD TEMPESTATES *multa vaticinantur. Eâ verò, quæ ſit aureis guttis, cum* SCARABÆO, *deiectâ in aquam feruentem,* TEMPESTATES *auerti.*

Lib. 30. Natural. Hiſt. cap. 11. — *Lib. de Vitis Philoſophor.* — GEMMA 99. — *L. 31. c. 1* — *L. 2. c. 38* — *L. 37. c. 9* — GEMMA 100. & 101. — *Lib. 37. cap. 10.*

Poſtremò, vt notauit Macarius, *nihil frequentius ſolido corpore è Gemmâ effictis ſcarabæis, qui perforati geſtabantur.* Multos eiuſmodi videre eſt in Theſauro Rei Antiquariæ Sereniſſimi Archiducis LEOPOLDI GVILIELMI; & ipſos viginti exhibuit aliàs Io. Iacobus Chifletius, parens meus, ſuis quoſque emblematis in parte poſticâ inſculptis inſignes.

GEMMA 102. — *In Anaſtaſi Childerici. cap. 18.*

CAPVT

CAPVT XV.

TABVLA XXV. XXVI. XXVII.

Canopus, Serapis, Iſis, Anubis, Dÿ Ægyptiorum & Gnoſticorum Romam aduecti.

SVPEREST, vt, quod me facturum receperam, Ægyptiarum, ſeu Gnoſticarum ſuperſtitionum communitatem cum Romanis attexam obiter:

Iſis enim & SERAPIS, & grandi SIMIA caudâ, (Prudentius l. 2. contra Symmachum.)
Et CROCODILVS id eſt, quod IVNO, LAVERNA, PRIAPVS.
Hos tu NILE deos colis, & tu TYBRIS adoras:
Deos LATINOS, & deos ÆGYPTIOS, (Idem Peri Steph. hymn. 10.)
Queis ROMA litat, queis CANOPVS ſupplicat.

Vnde Lucanus:

Nos in templa tuam ROMANA accepimus ISIN, (Lib. 8.)
Semideosque CANES, & SISTRA iubentia luctus,
Et quem tu plangens hominem teſtaris OSIRIN.

Ac minimè quidem mirandum erat, deos Ægyptios Latinis aggregari, quorum multa vtriſque inter ſe ſimilia reperiebantur: *Vna* erat *ſuperſtitio, quamuis non concolor error,* vt eſt apud Prudentium. (Lib. 2. contra Symm.) Sed ſub initium Pontificatus Aniceti Papæ, nacti occaſionem vrgentis perſecutionis famoſiſſimi quidam hæretici, ſe intruſerunt in Vrbem; vt, ſi quo modo poſſent, nobiliſſimæ Apoſtolico-Eccleſiæ ſinceritatem labefactarent. (Baronius Anno Christi 167. n. 4.) Fuit inter alios, qui id præſumpſerunt, procax femina, Marcellina nomine, ſecta-

Hæreſi 27 trix nefandiſſimæ ſectæ Gnoſticorum, de quâ Epiphanius: *Aniceti tempore* MARCELLINA *Romam veniens, &* *Irenæus l. 1. c. 24.* *Carpocratianæ doctrinæ virus euomens, multos illic errore ſuo deprauatos in exitium impulit: indidemque* GNOSTICORVM *ſunt excitata primordia.*

GEMMA 103. & 104. In primis huius tabulæ Gemmis 103. & 104. expreſſus eſt famoſus ille Canopus, deorum potentiſſimus habitus, vtpote qui Ignem, Perſarum Deum, aquâ Niloticâ, quam in circumdato ſibi vaſe continebat, extinxiſſet. *Kircherus c. vlt. Prodromi Ægyptiaci.* Hunc *Ægyptij poſtmodum, more ſuo, in omne ſuperſtitionis genus præcipites, inter ſacra ſymbola collocarunt. Eoque phylacterij loco poſtmodum illos contra ignis flammarumque violentiam vſos,* πεντάλφα, *ſeu* πεντάγραμμον *ei adiunctum abundè docet; hoc enim, eò quòd hanc vocem Græcam* ΥΓΕΙΑ, *quod ſalutem ſignificat, vario ſitu referat, proſperitatis ſymbolum apud Ægyptios fuiſſe, tritum eſt ex hiſtoriâ Antiochi Soteris, qui contra Galatas decertaturus, huius ſymboli, vexillis impoſiti, ſubſidio, de quo faciendo in ſomno monitus fuerat, inſignem victoriam reportaſſe fertur.*

Sequitur tabulâ XXVI. Serapis Ægyptiorum deus ſatis notus, quem dedita gens ſuperſtitionibus ante alios GEMMA 106. coluit. Sed eumdem hoc loco adferre viſum eſt cum Iouis Aquilâ, inter ſigna militaria ritu Romano conſecratum, aut certè Imperatorem ſub eius ſpecie. Quem morem GEMMA 107. & 108. confirmãt ſubiectæ Sardæ duæ elegantiſſimæ 107. & 108. referentes Apotheoſim Romæ & Lucij Veri Imperatoris.

GEMMA 109. 110. & 111. Serapidem capite radiato exhibent Gemmæ 109. 110. & 111. etiam cum cornibus, & habitu Iouis Ammonis; quia, vt oraculum Apollinis apud Iulianum Imperatorē:

Orat. 4. Εἷς Ζεὺς, εἷς Ἀΐδης, εἷς Ἥλιός ἐστι Σάραπις.

Vnus IVPITER, *vnus Pluto, vnus* SOL *eſt* SARAPIS.

Idem

Idem Diodoro dicitur *tum Dionyſius*, *tum Pluto*, *tum* AMMON, *tum* IVPITER. Cuius vertex, inquit Macrobius, *inſignitus* CALATHO, *&* *altitudinem* SIDERIS *monſtrat*, *&* *potentiam capacitatis oſtendit : quia in eum omnia terrena redeunt*, *dum immiſſo calore rapiuntur*. Ex hiſque & alio oraculo Apollinis apparere oſtendit, SERAPIS *&* SOLIS *vnam eſſe & indiuiduam naturam*. Quibus addit, ISIDEM *cunctâ religione celebrari*, *quæ ſit vel* TERRA *vel* NATVRA RERVM *ſubiacens* SOLI. Vnde vtrique communes honores habiti, Gemmæ ſculptæ, aræ, ſtatuæ erectæ. Pauſanias in Corinthiacis : *Vnde à mari ad altiores oræ partes aſcenditur*, SOLIS *templum*, *& gratiarum lucus. Erectum &* SERAPIDI *ac* ISIDI *fanum ambiunt maceriæ è prægrandibus & lectis lapidibus*. Idem in Laconicis : SERAPIDIS *&* ISIDIS *fragmenta abſunt Boeis haud ampliùs ſtadia ſeptem*. Et in Meſſenicis : *A theatro non procul*, SERAPIDIS *&* ISIDIS *fanum eſt*. In Achaicis denique : *Sunt & in eodem delubro* [Apollinis] *ſigna aliquot Æſculapij ſtantia*, *&* *ſeorſum* SERAPIDIS *&* ISIDIS, *è lapide omnia Pentelico*. Teſtatur etiam D. Auguſtinus: *Ferè in omnibus templis vbi colebatur* ISIS *&* SERAPIS, *fuiſſe etiam* SIMVLACRVM, *quod digito labijs impreſſo admonere videretur*, *vt* SILENTIVM *fieret*. Hinc inter vtrumque numen, medium Harpocratem videre eſt in Gemmis 113. & 114.

L. 1. Saturnal. — GEMMA 112. — *Lib. 18. de Ciuitate Dei.* — GEMMA 113. & 114.

Vltimæ tres 115. 116. & 117. Mercurium repræſentant, cultum ab Ægyptiis & Romanis tamquam ſpiritum vniuerſi, & vnicam cauſarum cauſam. Illi aſſiſtit aries, *quòd vnus præ ceteris* GREGES *tueri & augere exiſtimaretur*.

GEMMA 115. 116. & 117. *Pauſanias in Corinthiacis.*

Sed horum numinum Ægyptiorum cum Romanis ſocietatem à Prudentio notatam, pulchrè docet Gemma 105. in quâ Iuno dea velata, & qualis in nummis, haſtam

GEMMA 105.

haſtam ac pateram tenens, cum auerſâ inſcriptione Gnoſticâ: CAKAΩE COΦH AΔΩNAI. Vnde liquet horum hominum cum Romanis commercium; cuius aliquando pertæſi Piſo & Gabinius Conſules, SERAPIDEM *&* ISIDEM *&* HARPOCRATEM *cum ſuo* CYNOCEPHALO *Capitolio prohibitos inferri, id eſt curiâ deorum pulſos, euerſis etiam aris eorum, abdicauerunt, turpium & otioſarum ſuperſtitionum vitia cohibentes.* Anno nimirum Vrbis conditæ DC.XCV. Quod autem illi cœperunt, aris dictorum deorum euerſis, perfectum videtur anno poſt hunc octauo, V.C. DCC.III. à L. Æmilio Paulo Conſule; qui, cùm Senatus Iſidis & Serapidis fana diruenda cenſuiſſet, eaque nemo opificum attingere auderet, poſitâ prætextâ ſecurim arripuit, templique eius foribus inflixit. Sed (quæ cæcitas eſt mentis humanæ) iiſdem poſteà reſtitutis ſummam Romani maieſtatem contulêre. Diuus etiam Hieronymus conqueritur, ætate ſuâ Romæ Baſilidis hæreſim in Iouiniano reuixiſſe, qui ex monacho Romano factus eſt eius diſcipulus, atque Epicuri miniſter: *Quadringenti,* inquit, *ferè anni ſunt, quòd Chriſti prædicatio fulget in mundo, ex quo innumerabiles hæreſes tunicam illius conſciderunt. Vniuerſus penè error de Chaldæo, & Syro, & Græco ſermone proceſſerat.* BASILIDES, *magiſter luxuriæ & turpiſſimorum complexuum, poſt tot annos ita in* IOVINIANVM *quaſi in Euphorbum transformatus eſt, vt* LATINA *quoque* LINGVA *haberet hæreſim ſuam.*

Tertullianus in Apologetico.

Pamelius in Comment.

Valer. Maxim. lib. 2. c. 4.

Tertullianus in Apologetico.

Lib. 2. aduerſus Iouinianum.

CAPVT

CAPVT XVI.

TABVLA XXVIII.

Capita Philoſophorum, Gemmæ Baſilidianæ, ſiue Ægyptiacæ perforatæ: Abraxas in numiſmate rariſſimus.

VLTIMO loco Gemmas haſce perforatas referre viſum eſt, quibus magis conſtet, eaſdem ſubinde ſuperſtitioſè corpori adalligatas, aut è collo ſuſpenſas, ad amolienda maleficia. Prima, quæ ſolida eſt ex achate, caput refert alicuius Philoſophi tectum galericulo, promiſsâ barbâ, & longo capillitio. Epiphanius de Carpocratianis Gnoſticis & Baſilidis ſectatoribus: *Habent depictas coloribus imagines, quidam etiam aureas aut argenteas, vel ex aliâ materiâ factas, quas eſſe* IESV *effigies affirmant, eaſdemque à Pontio Pilato ad Chriſti ſimilitudinem effictas, quo tempore inter homines degebat. Sed eiuſmodi* IMAGINES OCCVLTAS *habent, necnon &* PHILOSOPHORVM *quorumdam, vt Pythagoræ, Platonis, Ariſtotelis, aliorumque, quibus eas, quas dixi, Chriſti effigies miſcent, & erectas ſimul omnes adorant, ad easque Gentilium ritus inſtituunt.* Sic Stoici Zenonem, Academici Platonem, Peripatetici ſigillariciis annulis inſculptum geſtabant Ariſtotelem, & complures Epicurum; de quo Tullius inquit, *non in tabulis ſolùm, ſed in poculis & in* ANNELLIS *ſpectari ſolitam Romæ imaginem Epicuri.* In aduerſâ parte alterius Gemmæ caput eſt numinis Ægyptij,

GEMMA 118.

Hæreſi 27 ex lib. 1. Irenæi cap. 24.

Licetus de Gemmis Annularib. cap. 115.

Lib. de Finibus.

GEMMA 119.

Lib. 1. *cap.* 18. ptij, in auersâ inſculptus balſami ramulus. Dioſcorides *in vnius Iudææ certâ quâdam conualle, & in* ÆGYPTO *naſci tradit*; quod & indicat Claudianus:

In Epithalamio Palladij & Celerinæ.

Gemmatisque alij per totum BALSAMA *tectum*
Effudêre cadis, duro quæ ſaucius vngue
NILIACVS *pingui deſudat vulnere* CORTEX.

Eius ſemina, qualia hîc, deſcribit Proſper Alpinus; *Terebinthi fructuum figuræ, & magnitudinis æmula,* EXTREMA ACVLEATA, & MEDIVM CRASSVM *obtinentia.* Additque, *nullum eſſe medicamentum, quo frequentiùs Ægyptij vtantur, quod ad omnes ferè morbos adhibent, præſertim ad robur ſtomacho conciliandum.* Quapropter Ægyptij reges nihil habebant pretioſius, quod exteris regibus & Imperatoribus dono darent, ſiue ad ineundam, ſiue ad ſeruandam cum illis amicitiam. Vnde & illos eiuſmodi gemmis, balſami imagine inſignitis, Amuletorum loco vſos eſſe veriſimile eſt.

GEMMA 120. Tertia Gemma ſolida item ex achate, oui medij columbini magnitudine, videtur Amuletum bellicum, in quo Cancer & Papilio ſymbola Prudentiæ militaris, quam & hinc inde figuræ coronatæ & gladiis accinctæ indicant, veluti de aliquo ſtratagemate diſceptantes. Oppianus:

Lib. 2.

Conceſſa ex alto ſolers PRVDENTIA CANCRO,
Cui parta eſt dulcis magno ſine præda labore.
Oſtrea diſtendit teſtas, & clauſtra recludit
Portarum, paſcitque lutum, ſcopulisque repanda
Gliſcit aquas: paruum madidâ de rupe lapillum
Obliquus tollit CANCER, *obelisque recuruis*
Continet, in teſtis lapidem demittit apertis.
Aſſidet, atque epulis lætus ſaturatur amicis.

Non

Non potis eſt nexu geminas occludere lances
Oſtrea, nam latis portis ſeiuncta dehiſcit,
Et moriens ſaturum CANCRVM *lætumque relinquit.*

Hinc cancer dicitur, *vt appetens cibi, ita proſpiciens periculi.* Et Imperatorem Octauianum Auguſtum adeò delectatum fuiſſe ferunt hoc prouerbio, *Feſtina lentè*, vt non ſolùm in communi colloquio, ſed in epiſtolis etiam eo vteretur, & in ſigillo ſuo ſculptum haberet papilionem cum cancro, quibus duabus beſtiolis prouerbij ſententiam Hieroglyphicè pingebat: per papilionem, vermiculum alatum & velocem, innuens celeritatem; per cancrum verò, qui motu retrogrado & tardo fertur, moram & cunctationem. De ſolo cancro ait Macarius: *Quoties in Gemmis* CANCRVM *ſolum videbimus cum* LITTERIS *&* VOCIBVS, *erit ſymbolum* ABRAXÆ.

Atque hæc de Gemmis cælatis charactere Baſilidiano ſiue Ægyptio, quibus vim magnam tribuebant Veteres, iis maximè, quibus Cynocephali vel Harpocratis imago ſculpta eſſet. Vnde Plinius: *Externis famulantur ſacris, &* L. 2. c. 7.
DIGITIS DEOS GESTANT, *&* MONSTRA *quoque colunt.* eiuſdemque alibi querela eſt, *etiam* HARPOCRATEM L. 33. c. 3
ſtatuasque ÆGYPTIORVM NVMINVM *in* DIGITIS *viros quoque portare incipere.* Apuleius: *Morem habeo,* SIMVLA- In Apolog.
CRVM *alicuius* DEI *quocumque geſtare.* Hanc ſuperſtitionem vt à ſuis arceret Pythagoras, eos vetat, ἐν δακτυλίῳ εἰκόνα θεοῦ περιφέρειν· *in* ANNVLO *circumferre* DEI IMAGINEM.

Vnicum numiſma indicat Macarius parte alterâ inſignitum ſolito monſtro Abraxæ. Sed & Gaſſendus ſcribit, In eius Vitâ.
Peireskium anno M. DC. oſtendiſſe Cardinalibus Baronio & Bellarmino *Gemmas* NVMISMATAQVE VARIA, *quibus* BASILIDIANI, VALENTINIANI, *aliјque hæretici inſcri-*

 bere

bere ſoliti erant VOCABVLA BARBARA *opinionibus ſuis obtegendis.* Nummum item Baſilidianum apud Ducem Arſchotanum citat Heribertus Roſweydus, in quo inſcriptum ALPHABETO, eumque refert ad Marcoſianos, qui *nouam hæreſim ex Græcorum* ALPHABETO *componentes, negabant veritatem ſine iſtis poſſe litteris inueniri; imò totam plenitudinem & perfectionem veritatis in iſtis litteris eſſe diſpoſitam; propter hanc enim cauſam Chriſtum dixiſſe: Ego ſum* A & Ω.

In Notis ad Carmen 26. Paulini. Tertullian. l. de Præſcriptionib. cap. 50.

Quod ad me attinet, Abraxam in nummis numquam vidi, & rariſſimum puto. Nam ij, qui reperiuntur ærei atque argentei, cum numeris Arabicis, vel Hebraicis ſubinde litteris per cancellos diuiſis, additis ſæpè ad oras ſignis cæleſtibus, ſæpiùs nominibus Angelorum, ANAEL, SATOVIEL, MICHAEL, GABRIEL, HAGIEL, SATQVIEL, RAPHAEL, ZADRIEL: ij, inquam, nummi longè ſunt recentiores monſtris Baſilidianis, & ad magica incantamenta referendi, ſeu characteres *alti nominis*, quos vocant; cuiuſmodi vidi quamplurimos.

OPE-

OPERIS CONCLVSIO.

CAPVT XVII.

Baſilidianorum Θεομόρφωσις, non autem ſacrarum imaginum cultus & veneratio, ab Irenæo perſtricta.

HISCE profectò deſcribendis non fecerint ſatis Cynici Varrones, non Lentuli nec Hoſtilij Romani mimographi, de quibus Tertullianus in Apologetico: *Romanus Cynicus Varro* TRECENTOS IOVES *ſiue* IVPITERES *dicendum ſine capitibus introducit. Cetera laſciuiæ ingenia etiam voluptatibus veſtris per* DEORVM DEDECVS *operantur. Diſpicite Lentulorum & Hoſtiliorum venuſtates, vtrùm* MIMOS, *an* DEOS VESTROS, *in iocis & ſtrophis rideatis.* Nónne hæc inſaniæ fuerunt, & multæ inſaniæ, vnoquoque fingente quod in animum eius incidiſſet? Hæ ſunt Baſilidianorum margaritæ: hæc illa ſemina, quæ hodieque ſuperſunt, artis portentoſæ. Hæ nimirum imagines, quas damnauit Irenæus, quibus Baſilidis ſectatores vtebantur, quibus Marcoſiani & Valentiniani, qui *omnia* IN IMAGINES *vrgebant, planè & ipſi* IMAGINARII *Chriſtiani.* Hæc eſt illa Diuinitatis omnis eiectio potiùs quàm Theologia, eouſque infamis, vt eam pluribus conuellere turpe videatur. *Deus iſte veſter,* inquit Firmicus, *non* BIFORMIS *eſt, ſed* MVLTIFORMIS *: in multas enim ſpecies veteratoris forma mutatur. Mihi credite, nihil prætermiſit diabolus, quod hominem miſerum aut* debilita-

Tertullianus aduerſus Valentinianos.

Lib. de Errore profan. religion.

debilitaret, aut perderet. Ideò ſeſe in OMNES FORMAS *multiplici diuerſitate conuertit; ideò ſe diuerſi generis calliditate compoſuit, vt varijs ac multiplicibus fraudibus homines irretitos interimeret.* Adeò illi volupe fuit iam inde ab ipſo Eccleſiæ naſcentis exordio optimam veritatis frugem adulterinâ ſemente corrumpere.

D. Ignatius Ep. ad Trallianos.

Tu verò quiſquis hæc monſtra ſeu legeris, ſeu oculis vſurpaueris, *Fugito* quidem *Baſilidem, & totam collectionem indignitatis eius.* Sed & te ſubeat infeliciſſimæ hominum cæcitatis & amentiæ commiſeratio: in mente habeto Deum, non fœdum & portentoſum ſub turpi ac mutâ dæmonis effigie; ſed vnum illum magnum, viuum ac verum, totius boni fontem, in quo ſperamus, qui non deſpicit nos, nec amouet ſalutem ſuam à genere noſtro: cuius ingenti beneficio accidiſſe credendum eſt, vt præ oculis haberemus, in quas caligines inciderint illi diuinarum rerum luce deſtituti; quorum laruas & portentoſa ſimulacra cùm intuebere, memineris quantis occæcati tenebris fuerint, vt eius, à quo inde ſis ereptus, pluris in te beneficium ducas, & Chriſtum ames tantò impenſiùs, ſpecioſum formâ præ filijs hominum: ſanctiſſimam eius Matrem in ſacris imaginibus reuereare, mulierem illam amictam Sole, quamque totam pulchritudinem fuiſſe ſcimus. Denique, vt finiam verbis Gregorij PP. II. ad Leonem Iſaurum Imp. contra ſacras imagines edicta promulgantem: *Honore affice, & glorifica ſanctos & glorioſos Patres noſtros ac doctores, qui cæcitatem à cordibus oculiſque noſtris ſecundùm Deum diſpulerunt, ijſque viſum reſtituerunt. At enim ſcripſiſti: Quî fit, vt in ſex Concilijs de Imaginibus nihil ſit dictum? Enimuerò, Imperator, ne de pane quidem & aquâ dictum eſt quidquam, ſit ne comedendum*

Apud Baroniū anno Chriſti 726.

dendum, an non comedendum; bibendum, an non bibendum; quandoquidem hæc antiquitus, & à principio ad vitæ humanæ conſeruationem habes tradita: ſic etiam imagines traditæ fuerant, ipſique Pontifices imagines ad Concilia deferebant, nec vllus ex Chriſti amantibus ac religioſis hominibus iter peragens, abſque imaginibus peregrinationes obibat; vtpote qui virtute præditi atque apud Deum probi eſſent. Spectatum ſatis arbitror, non fuiſſe eiuſmodi imagines, quas damnauit Irenæus, quamq́ue ab illis diſpares ſint exhibitæ à nobis Baſilidianæ, quidquid hodieq́ue nouatores ſtultè blaterent, ipſi παντόμορφοι Baſilidiani.

FINIS.

INDEX CAPITVM.

CAPVT I. ABRAXAS Μίθρας, Ἥλιος, *Gallinaceus*. 49
CAP. II. ABRAXAS Ἱερακέφαλος, *Ibis, Niphus, ſiue Cnephus*, ἀγαθὸς Δαίμων, ὀδάργαζας. 67
CAP. III. ABRAXAS Κόραξ. 71
CAP. IV. ABRAXAS *Phaëthon, Phanes, Priapus, Protogenus, Sidus Veneris*. 73
CAP. V. ABRAXAS Λεοντόμορφος, Λεοντοκέφαλος. 77
CAP. VI. ABRAXAS *Harpocrates*. 82
CAP. VII. ABRAXAS *Bromius Pater, Calix Marcoſiorum, Horus, Iſis*. 86
CAP. VIII. ABRAXAS Κυνοκέφαλος, Ἄνουβις, Ἑρμάνουβις, *ſiue Mercurius: Sacrum Mithriacum, Sole Arietem permeare incipiente*. 93
CAP. IX. ABRAXAS *Hecate*, Κερκοπίθηκος, *Serpentarius*. 104
CAP. X. ABRAXAS Ὀφιόμορφος. 109
CAP. XI. ABRAXAS Χνουβὶς, Χολχνουβὶς, Πάτηρ τῶν ὅλων: *Hæreſis Priſcillianiſtarum etiam in Gemmis*. 119
CAP. XII. ABRAXAS *Hercules, Arbor*. 126
CAP. XIII. ABRAXAS *Miles, Perſeus*. 129
CAP. XIV. ABRAXAS Κάνθαρος. 131
CAP. XV. *Canopus, Serapis, Iſis, Anubis, dij Ægyptiorum & Gnoſticorum Romam aduecti*. 133
CAP. XVI. *Capita Philoſophorum, Gemmæ Baſilidianæ, ſiue Ægyptiacæ perforatæ: Abraxas in numiſmate rariſſimus*. 137
CAP. XVII. *Baſilidianorum* Θεομόρφωσις, *non autem ſacrarum Imaginum cultus & veneratio, ab Irenæo perſtricta*. 141

INDEX

INDEX AVCTORVM.

A.

ABRAHAMVS Gorlæus. 61.127
Ælianus. 71.77.88
Agrippa cognomento Caſtor, Scriptor Eccleſiaſticus contra Baſilidem. 28.60
Albertus Magnus. 108
Albertus Rubenius. 79
Alexander Trallianus. 64.106.127
D. Ambroſius. 75.77.131
Ammianus Marcellinus. 103
Angelus Politianus. 83
Antonius le Pois. 18
Apuleius. 43.89.90.91.97.99.139
Arnobius. 75.77.131
Athanaſius Kircherus. 45.64.65.68.74.84.95.98.99.100.120.121.134
D. Auguſtinus. 11.76.84.135
Auienus. 92
Auſonius. 72

B.

BAronius. 15.40.44.59.64.78.133
Botrus Perſarum Rex. 75
Bracharenſe Concilium. 124

C.

CAmillus Leonardus. 18.63.106.108.126
Carolus Magnus. 75
Caſperius Geuartius. 127
Cato. 64
Chriſtinæ Reginæ codex MS. 44.81
Chriſtophorus Brovverus. 124
Cicero. 68.79.137
Claudianus. 138
Claudius Salmaſius. 44.45.62.63.85.95.119.121.122
Clemens Alexandrinus. 43.71.85.88.97.116.119
Cœlius Rhodiginus. 128
Conſtantinus Geoponicus. 29.64
Cyrillus Alexandrinus. 36

D.

DIodorus. 67.92.93.135
Diogenes Laërtius. 132
Dionyſius Petauius. 36.44
Dioſcorides. 138

E.

EPiphanius. 19.20.26.27.28.29.31.39.41.59.75.78.85.87.98.109.117.118.123.130.134.137
Euſebius. 32.42.57.59.67.69.85.93.104.105.107.111.130

F.

Fortunius Licetus. 99.137

G.

GAlenus. 30
Georgius monachus. 130
Gerardus Ioannes Voſſius. 59.69.71.73.

Gottifredus Wendelinus. 39. 64.111.112.116.117
Gregorius Nazianzenus. 68
Gregorius II. PP. 142

H.

Heliodorus. 89
Heribertus Roſvveydus. 140
D. Hieronymus. 10. 15.23.25. 28.43.58.70.117.136
Hilarius diaconus. 71
Homerus. 128
Horapollo. 67.78.107
Horatius. 36.72.95

I.

Iacobus Ouzelius. 111
Iacobus Sirmondus. 59
Ianus Gruterus. 72
Ignatius martyr 142
Ioannes Baptiſta Altinus. 105
D.Ioannes Chryſoſtomus. 24
Ioannes Heurnius. 105.106
Ioannes Iacobus Chifletius. 103.132
Ioannes Mariana. 124
Ioannes Wovverius. 129
Ioſephus Scaliger. 39.44.65
Irenæus. 25. 39. 40. 41.42.43. 44.46.76.84.87
Iulianus Imp. 20.101.134
Iulius Africanus. 64
Iulius Cæſar Bulengerus.72.75
Iulius Firmicus. 86.89.98.104. 141.
Iuſtinus martyr. 112
Iuuenalis. 57.68.69.97.98.107

L.

Lactantius. 23.96
Lampridius. 13.39
Laurẽtius Pignorius. 39.43.44. 68.88.92.105.111.119.131
Leo Magnus. 125
Liuius. 103
Lucianus. 43.61.93.99.107
Lutatius interpres Statij. 14

M.

Macrobius. 36.46.58.59. 73. 78. 86. 87. 89. 100. 119.126.135
Manilius. 70.122
Marcellus Empiricus. 64. 106
Marcus Aurelius Seuerinus. 38.111
Marianus Victorius. 70
Martialis. 96
Minucius Felix. 24.77.96
Moſes Maimonides. 43

N.

Natalis Comes. 24
Nechepſos Rex. 30
Nicephorus Calliſtus. 20. 57. 60.84
Nicolaus Rigaltius. 105

O.

Octauius Zenus. 14.71.72
Oppianus. 138
Origenes. 76
Orpheus. 73

Oſta-

Oſtanes. 111
Ouidius. 21.22.40.83.97

P.

D. PAulinus. 116.117
D.Paulus Apoſtolus. 41
Paulus Iuriſconſultus. 128
Pauſanias. 58.97.135
Petrus Arlenſis de Scudalupis. 125
Petrus Gaſſendus. 139
Philippus Chifletius. 105
Philo Byblius. 79
Philoſtratus. 126
Plautus. 97
Plinius. 42. 58.62. 64 68.74. 77.82.83.87.95.123.132.139
Plutarchus. 69.83.90.91.94
Porphyrius. 21. 42. 43. 67.69. 77.82.104.131
Propertius. 97
Proſper Alpinus. 138
Prudentius. 15.42. 47.94.104. 107.133
Pythagoras. 139

R.

Robertus Conſtantinus. 64

S.

SAnchuniatho. 69.110
Sedulius. 98.129
Seraphinus Oliuarius S. R. E. Cardinalis. 9
Serenus Sammonicus. 64
Seruius. 22.87.90.94
Sixtus ab Hemmingâ. 80
Socrates Scriptor Eccleſiaſticus. 35
Solinus. 95
Stephanus Vinãdus Pighius. 77
Suetonius. 97
Suidas. 13.73

T.

THeocritus. 24
Theodoretus. 19. 26. 28. 29.31
Theophraſtus. 82
Thetel Iudæus. 30.63
Tertullianus. 9. 12. 13. 14.22. 43.45.47.57.59.77. 84.102. 105. 110. 116.123.136.141

V.

VAlerius Maximus. 136
Varro. 83
Vincentius Bellouacenſis. 30
Virgilius. 22
Vopiſcus Fortunatus Plempius. 117

X.

Xiphilinus. 60

Z.

ZAcharias Papa. 75
Zonaras. 39.60

INDEX RERVM.

A.

ΑΒΡΑCΑΔΑΒΡΑ, *characteres adhibiti ad curationem Hemitritæi.* 64

ABRAXAS *Deus commentitius Baſilidis.* 9. 58. *portentoſus.* 10.11. *omnem deorum familiam complexus.* 47. *eius nominis interpretatio.* 11. 28. 114.*idem ac* ΜΙΘΡΗΣ. 11.12. 58.65.66. *non eſt dictio Hebraica, non ex Hebræo Græcoq́; compoſita.* 39.65

ABRAXAS *capite Galli.* 9.16.58. 62.63.118 *cur pedibus in ſerpentes deſinentibus.* 22. *formâ nudi hominis.* 15. 16. *Iſidis.* 16.79.89.90.91.92. *Leonis.* 16.77.78.79. *Militis.* 16. 129.130. *Coracis, ſiue corui.* 17.71.72. *Bromij Patris, ſiue Bacchi.* 17. 86. 87. *Neptuni.* 17.*Harpocratis.* 17.82.83.84. 85. 139. *Cynocephali, ſiue Anubidis.* 17. 68. 93. 94. 95. 139.*Phaëthontis, ſiue Protogeni.* 17.73.74.*Accipitris.* 18. 67. 69. *Aquilæ.* 18. 63.77. *Cancri.* 18.139. *Scarabæi.* 18. 131. 132. *Serpentis.* 18. 111. 112. 119.*Æſculapij.* 19.*Hecates.* 24. 104. 105. *Helij, ſiue Solis.* 58.*Ibidis.* 68.69.*Niphi, ſiue Cnephi.* 69.*Hori.* 88.*Cercopitheci.* 107. *Humano capite, radiato anguibus ſeptem.* 118.119.*ſpecie Herculis.* 126. 127.*Arboris.* 128.*Perſei.* 130

Abraxas ἀντεϱπόμοϱφος. 78

Abraxas in numiſmate. 23.139 *rariſſimus.* 140

Accipiter Solis ſimulacrum. 67

Accipitrum Curatores in Ægypto. ibid.

Achamoth quid ex Hæreſi Valentinianorum. 26

Adergatis dea Syra. 70

Adrianus Imp. magicis ſacris crebrò vſus. 60. 61. *eius annulus magicus.* ibid.

ΑΔΩΝΕΙ, *inſcriptio Abraxea.* 18.29

Adoneus Deus Baſilidianus. 26

Ægyptiarum ſuperſtitionū cum Romanis ſocietas. 133. 134. 135.136

Ægyptiorum Dij. 107.131.132

Ἀγαθὸς δαίμων. 69

Alexandri Magni numiſma geſtatum pro Amuleto. 24

Alexandrini, Serapidis atque Iſidis cultores. 36

Ammonius Grammaticus, præceptor Theophili, Alexandriæ Antiſtitis. 35

Anaxilai præſtigiæ. 87

Angeli cælos moliti, ex hæreſi Baſilidianorum. 123

Ange-

Angelorum nomina in Gemmis Abraxeis. 29. 68. 75. *ijs Magi abuſi*. 75. 76. 125
Annuli veterum Chriſtianorum quales. 116
Annuli magici. 62
Anubis cur capite canino. 93. 94. *adoratus à Gnoſticis*. 98. 99
Armagil, portentoſum nomen Baſilidianum. 25
Aſpis in pompâ Iſidis. 91

B.

BAcchi cantharus. 87
Balſami ramulus Gemmæ inſculptus pro Amuleto. 138
Balſamo, portentum Baſilidianum. 25
Barbelo. 25. 28. *in octauo cœlo poſita à Baſilidianis*. 26
Barcabas, propheta Baſilidis commentitius. 28. 60
Baſilides ſummum Deum coluit, nomine Abraxam. 10. 11. 58. *eius ſacra impura, & valdè pudenda*. 23. 98. *Hæreſis ſpurciſſima*. 25. *Hiſpanias & Gallias infecit*. ibid. *eius ſcitum arcanum*. 39. *genere Alexandrinus*. 57. *ſecretiorum ſimulator, fabularum auctor*. 58. 83. 84. *negabat Chriſtum paſſum aut crucifixum*. 117
Baſilidiani ſub nomine Abraxæ coluerunt & Mithram. 12. *merè infideles, lupi pagani ſub ouis Chriſtianæ vellere*. 19. *imagines à Gentilibus deſumptas vſurpant*. 30. 39. 42. 72. *vt energumeni ab Eccleſiâ reputati*. 60. *eorum hæreſis circa Angelos*. 75. *cum Magis commercium*. 104. 105.
Bromius Pater, Portentoſum ſimulacrum. 15. *quo myſterio expreſſum in Gemmis*. 86. 87

C.

CAducei myſtica explicatio. 100
Calix Marcoſiorum. 87
Cancer ſymbolum Prudentiæ. 138. 139
Canis Talus damnoſus. 97
Canopus, deorum potentiſſimus habitus. 134
Carpocrates hæreſiarcha magus. 60
Carpocratiani hæretici, gentilium ritus ſectati. 42
CEMECEIA, *quid in Gemmâ Abraxeâ*. 118
Cercopithecus Baſilidianus. 107
Ceruus, Soli dicatus. 63
Chnubis, ſiue Χνȣβὶς, *vnus è triginta ſex decanis*. 119. 120. 121
Cholchnubis, ſiue Χολχνȣβὶς, *Leonis primus decanus*. 122
Chriſtiani calumniam paſſi ab hæreſi Gnoſticorum. 31. 32
Chriſtus columbâ exprimi ſolitus. 116. *quâ ratione præfi-*

guratus per ſerpentem. 117
Ciconijs honor ſummus, ſerpentium exitio. 68
Cleopatræ Reginæ amuleta. 94
Cnephus, Deus Ægyptiorum. 69 *idem ac Niphus Hieronymo memoratus.* 70. *Columba, Chriſti & Chriſtianorum figura.* 116. 117
Commodus Imp. ſacrorum Mithriacorum irriſor. 13. *Solis æmulus.* 38. *debiles pedibus, vt gigantes conficit.* 39
Coracica ſacra. 71. 72
Corax, portentoſum ſimulacrum. 15. 71. 72
Coruus ſacer Apollini. 71. 72
Cribrum cur in Gemmâ Iſiacâ. 90
Cryſtallus ſexangulata. 95
Cymbion anſatum in Pompâ Iſidis. 91
Cynocephalus ſiſtratus. 90. *cultus à Baſilidianis.* 98. *Capitolio prohibitus inferri.* 136

D.

DAden, vnus ex dijs Baſilidianis. 26
Decani cæleſtes, quâ formâ repræſentati. 119. 120
Dij Gentilium quales. 35. 141. *quæ vtilitas à fœdâ illorum effigie.* 36. 142
Draco radiatus, Gemmæ inſculptus, nihil prodeſt. 30
Draconis ſpecies pro Sole. 119

E.

ELilæus, vnus ex dijs Baſilidianis. 26
Eloæus, qui & Adoneus, deus Baſilidianus. ibid.
Epheſiæ litteræ. 105. 106
Epicuri imago paßim Romæ ſpectari ſolita. 137
Epulæ in Pompâ Iſidis. 90
Erichthonius anguinis pedibus. 22. *magna illi & Mithræ in ortu affinitas.* 23

G.

GAllinaceus Soli ſacer. 58. 91
Gemmæ Abraxeæ ad Amuleta formatæ. 23. 42. 64. *cur tanto numero reperiantur.* 25 *electæ à Baſilidianis ad varios effectus.* 30. *quis fructus ex earum inſpectione.* 40. 59. *deſignatæ ab Irenæo.* 41. *perforatæ, & è collo ſuſpenſæ pro Amuletis.* 137
Gigantes anguinis pedibus. 22. *quare.* 36
Gigantum fractor Abraxas. 23. 80. 122
Gladius ceruicibus admotus initiandis honore Militiæ. 103
Gnoſtici magicis artibus addicti. 25. 29. 30. *gentilium fabulas ſectati.* 39

Gracchus , nobilis Romanus, ſpecum Mithræ ſubuertit. 15
Gryphus Soli dicatus. 77

H.

HArpocrates *ſilentÿ deus, cultus à Baſilidianis.* 83. 84.85. *cur loto inſidens.*ibid. *quâ formâ repræſentatus.* 83. 85. *cur in Gemmis medius inter Serapidem & Iſidem.* 135. *Romæ curiâ deorum pulſus.* 136
Hecate triceps, venefica. 24. *culta à Baſilidianis.* 104.105
Helios , portentoſum ſimulacrum. 15.58
Heliotropium herba. 83. *Gemma.* 123. *eius vſus ad magicas præſtigias.* 124.
Hemitritæi morbi magica curatio characteribus Baſilidianis. 64
Hercules pro Sole. 126. *eius imago Gemmæ inſculpta aduerſus dolores colicos.* 127
Horus Terminus. 26.27.*cur repræſentatus cum vpupâ.* 88. *cur vittis obuolutus.* 89. *in parentes ſummè pius.* 91

I.

IAldabaoth, *deus Baſilidianus.* 26.28
Iaſpis viridis ſtomachũ iuuat. 30
ΙΑΩ *in primo cælo cultus à Baſilidianis.* 26
ΙΑΩ, *inſcriptio Abraxea.* 16. 18.28.43.44.58.59.105. *teſſera ſectæ Baſilidianæ.* 26. 122. *vnde id nominis ex hæreſi Valentinianorũ.* 27. *eius vera ſignificatio.* 59
IAO SABAOTH *voces vſurpatæ ad piſces capiendos.* 29
Ibis culta ab Ægyptÿs. 68
Imagines veterum Philoſophorum adoratæ à Baſilidianis. 137.
Imaginum ſacrarum cultus à priſcis Eccleſiæ Patribus commendatus. 142. *Baſilidianæ damnatæ.* 142.143
Inſcriptiones Abraxeæ quales. 16.17.18.25.26. 29. 43.44. *pleræque Ægyptiacæ.* 45.63. 65.95.120.122.
Iouinianus Monachus Romanus, factus Baſilidis diſcipulus, & Epicuri miniſter. 136
Iſis dea Gentilibus formidabilis. 23.24. *culta ab Alexandrinis.* 36. *eius apotheoſis & triumphus de repudiato Typhone.* 88.90.91.92. *plurium inuentrix medicamentorum.* ibid. *illi & Serapidi communes honores habiti.* 135.
Iuno dea velata in Gemmis , cum auersâ inſcriptione Gnoſticâ. 135.136
Iupiter Sabazius vnde. 85.86

Iupiteres trecenti introducti à Varrone. 141

L

L Acertus, Solis ſymbolum. 82

Laurus efficax aduerſus venena & fulmina. 128

Leo reiectus ab Horo in inquiſitione Oſiridis. 91

Leones ſacri Mithræ, ſimulacra portentoſa. 15.77.78

Leonis imago in Gemmis aduerſus calculum. 81

Leuſibora, ridiculum numen, Baſilidianis familiare. 25

Lotus flos, cur in Gemmis Abraxeis. 82.83

Lucinus ab Hieronymo laudatus, quòd Baſilidiano dogmati reſtiterit. 25

Lunæ cum Sole congredientis & orientis ſymbolum apud Ægyptios. 108

M.

M Agi monſtris verborum vti ſoliti. 43.44.64. *Angelicis nominibus abuſi.* 75. 76.140

Magiæ vanitas in Gemmis. 42. 74.78.79. 99.108.124.126. *Annulis.* 61.62.81.120.125 132. *Characteribus.* 64.105. 106

Marcellina ſectatrix nefandiſſimæ ſectæ Gnoſticorum. 134

Marcob, Propheta Baſilidis commentitius. 28

Marcoſi; hæretici Hebraicis quibuſdam nominibus initiati. 27.45. *litteris Alphabeti totam perfectionem tribuebant.* 140

Marcus hæreſiarcha de Baſilidis ſtirpe deſcendens. 25. *Magus.* 87

Menander hæreſiarcha. 57

Menandriani hæretici. 26

Mercurij imago in annulis magicis. 61

Mercurius Cynocephalus vnde. 93. *idem ac Sol.* 94.101. *cultus ab Ægyptijs & Romanis tamquam ſpiritus vniuerſi.* 135

Miles, portentoſum ſimulacrum. 15.129.130

Mithræ cultores meræ laruæ, portentoſi. 21

ΜΙΘΡΗΣ *idem atque Abraxas.* 11.12.65.66. *Perſarum deus à Romanis cultus.* 11. 12. *illi milites initiati.* 13. *non differt à Titane, Apolline, & Oſiri.* 14.21. *eius ſimulacrum leonis vultu.* ibid. *ſub aliâ ſpecie portentoſâ cultum etiam Romæ ſub Principibus Chriſtianis.* 15.19. *eius typus taurum iugulantis.* 71

Mithriacum ſacrum, Sole arietem permeante. 101.102

N.

NEro Imp. magiæ addictiſſimus. 62
Niphus, portentoſum ſimulacrum. 15. corruptè apud Hieronymum pro Cnepho, Ægyptiorum Deo. 69.70
Noctua, hæreticorum figura. 57
Numiſmata ad collum appenſa Amuletorum loco. 24

O.

ΟΔΑΡΓΑΖΑΣ, inſcriptio Abraxea. 17. pro Adergati deâ Syrâ. 70
Oſiris interfectus à Typhone. 89.90. mortem eius Horus vlciſcitur. 91

P.

PAter vniuerſorum, ſiue Πάτηρ τ͂ ὅλων, quâ ſpecie cultus à Baſilidianis. 119
Perſes, Portentoſum ſimulacrum. 15.130
Phaëthō pro Sole. 17. 73. quâ ratione repræſentatus in Gemmis Abraxeis. ibid. & 74
Phanes pro Sole. 73
Phariſæi hæretici aſtronomiæ addicti. 118
Piſces præ alijs reiecti ab Ægyptijs. 90.91
Planetarum imagines Gemmis inſculptæ ad magicas operationes. 125.126
Priapus pro Sole habitus. 73
Priſcillianiſtæ, Baſilidis ſectatores. 84
Priſcillianiſtarum hæreſis damnata in Concilio Bracharenſi. 124. & à Leone magno. 125
Protogenus, idem ac Sol. 73

R.

Rhombus Magicus. 95.96

S.

SABAO, inſcriptio Abraxea. 16.18.28
Sabaoth, numen Baſilidianum. 26.28 44. eius forma. 29.85
Saclan, princeps ſcortationis. 26
Saturnilus Antiochenus hæreſiarcha. 57
Scarabæus Solis imago. 131.132. impreſſa ſmaragdo tempeſtatibus auertendis. ibid.
Serapis cultus ab Alexandrinis. 36. ritu Romano conſecratus. 134. cur inſignitus calatho. 135
Serenus Sammonicus, Baſilidis ſectator. 64
Serpens rectus, caudâ circumuolutâ, capite radiato, pro Abraxa. 119
Serpentes culti ab Ophitis hæreticis.

ticis.109. 110. *à Gnoſticis*, *&* *Baſilidianis*. 111
Serpentarius in Gemmâ pro Amuleto ſculptus. 108
Seth, *vnus ex dijs principibus Baſilidianis*. 26
Silentium in ſacris Gentilium, *&* *Gnoſticorum*, *vnde*. 42.43
Simiæ adoratæ ab Ægyptijs & *Baſilidianis*. 107
Simon Magus cultus à ſuis ſectatoribus Iouis imagine. 42. *Primus hæreticus ab Euangelio*. 57
Simoniani hæretici. 26
Sol magnâ in veneratione apud Romanos æuo Baſilidianorũ. 19
Solis imago triceps. 36. *Abraxea alata*, *ſpecie imberbi*, *capite radiato*. 58

T.

TAli exercitatio in ipſis ſacris. 97
Terminus deus. 128
Terminalis arbor. ibid.
Thaitis ſiue Thyites gemma, *eiuſq; ſculptura*, *ad Amuletum conficiendum*. 44
Theodoſius Imp. Idololatriæ reliquias euertit. 35
Theophilus, *Alexandriæ Antiſtes*, *reſeruat è deorum ſignis vnum turpius ceteris*. 35
Thoyth Mercurius.79. *vnde Germani Theutones*. 80
Tripus temporum differentias ſignat. 91
Triuia pro Hecate. 24.104.105
Trochus è Calcedonio luſorius. 95.96
Turbo magicus. ibid.
Typhon repudiatus ab Iſide, *ob Oſirim interfectum*. 89.90

V.

VAlentiniani Gnoſticorum proles. 26
Veneris ſidus in Gemmis Abraxeis.74. *Talus ſecundus*. 97
Vpupæ in parentes piæ. 88. 89. *aues præſtigioſæ & augurales*. 108

Y.

ΥΓΕΙΑ, *proſperitatis ſymbolum*. 134

APPRO-

APPROBATIO CENSORIS.

Ioannis Macarii τοῦ μακαρίτου Canonici Arienſis Abraxas Apistopistvs, & nobilis atque admodum Reuerendi D. Ioannis Chifletii Canonici Tornacenſis Abraxas Proteus, Gemmæ Abraxeæ, ac Soles Baſilidiani retegunt monſtra, quæ primi hæretici aluerunt, tanto numero, tantâque reconditiſſimæ doctrinæ copiâ, vt ſatis probare, ſatis æſtimare nequeam ſuſceptos in his vndequaque veſtigandis labores, quibus eruditiſſimi cuiuſque ſitis extingui poſſit; in argumento præſertim tam veteri & tam nouo, quod auidiſſima æui noſtri ingenia latuit hactenus: neque ſubtiliùs, neque elegantiùs verſari potuit, quàm duûm Canonicorum doctiſſimorum manu & ſtilo. Ita cenſui, Bruxellæ xxiv. Decembris, M.DC.LVI.

Antonius Sanderus, Presbyter,
S.Th.Licent.Can.& Pœnit.
Iprenſis, lib.Cenſor.

SVMMA PRIVILEGII.

Philippvs IV. *Hiſpaniarum & Indiarum Rex Catholicus, nec non potentiſſimus Belgarum & Burgundionum Princeps, diplomate ſuo ſanxit, nequis præter Balthaſaris Moreti, Ioannis iunioris filij, voluntatem, librum cui titulus,* Ioannis Macarij, Canonici Arienſis, Abraxas, ſeu Apiſtopiſtus; quæ eſt antiquaria de Gemmis Baſilidianis diſquiſitio: cui accedit Abraxas Proteus, ſeu multiformis Gemmæ Baſilidianæ portentoſa varietas; exhibita & Commentario illuſtrata à Ioanne Chifletio, Canonico Tornacenſi, &c. *vllo modo imprimat, aut alibi terrarum impreſſum in has Inferioris Germaniæ ditiones importet, venalémve habeat. Qui secùs faxit, confiſcatione librorum & aliâ graui pœnâ mulctabitur; vti latiùs patet in litteris datis Bruxellæ die* xv. *Martij,* M.DC.LVII.

Signat.

Loyens.